c Attendat ſurſum.

res capitis:ſꝫ ⁊ q oculoꝝ infuſionē de capitis humectatione patiunt̃ ⁊ epilepticis facit magnifice:educit eniꝫ ex capite fortiter humores ſeu[a] glutinoſi ſint in capite ⁊ in cerebro:⁊ ibidē pingues ⁊ ſpiſſi cōtineant̃. Eſt aūt ⁊ alius de ciclamine irrin⁹ nihil deterior hoc qui. ℞. ciclaminis ſicci.ʒ.j.nitri ſicci.ʒ.v. Si aūt pro nitro elacteriū[b] mittas adhuc melius ſit. Uteris aūt ⁊ iſto h̄ mō teras ea diligenter ⁊ ſic p penā aut per calamū in narib⁹ ſuffles ⁊ iubebis vt ad ſe trahat ſpiritū ⁊ poſt hoc ſurſuꝫ faciē attēdat deinde iterū viſuꝫ[c]. Et exputare facies:qui ſe in ore collegerit humores. Hoc enim ſine moleſtia fiet ⁊ neqꝫ deterior eſt peiore.

## De cerotis ad capitis dolorem ⁊ trociſcis anodinis. Caplm. XLIII.

Vtere aūt epithimatibus in capite ⁊ vnctionibus in diuturnis paſſionibus que adaperire ⁊ digerere valeāt humores. Ex qbus eſt optimū. ⁊ h̄ ſepius experimētatū habemus. Habet autē ſcriptura hec epithima ad diuturnos dolores capitis qđ ℞. olei irrini[d] pēcedani[e] caſtorei.añ.ʒ.j.baccarū lauri.ʒ.ij.ruthe folioꝝ teneroꝝ.ʒ.iiij.cōficies aūt cū oleo roſ. cerotū ⁊ vteris. Ante aūt rades caput ⁊ ſuppones per totū caput. Qđ ſi paroxiſmus ſuperuenerit cū vrgenti dolore:ita vt nec ferre poſſit:vſus ſum hoc trociſco q ſil' ⁊ mitigare dolorē ⁊ recorpare[f] poſſit q. ℞. opij[g] pencedani.ʒ.xvj.opij miconis.ʒ.ij.aniſi iuſqami croci myrre ſcamo[c].añ.ʒ.ij.aceti qđ ſuffic̃ facies troč. ⁊ i nimio dolor̃ punges caput. Illos ḡ opꝫ his vti q ex pigui ⁊ ſpiſſo hūor̃ aut ex ſpūs vētoſi[tc] dolores giāt̃.

d .i. geyreos.
e .i. panis porcini.
f Recorporatiua medicina eſt inſpiſſatiua q̃ carnē ⁊ cutiꝫ denſat confortatq; mēbruꝫ ⁊ tēpat complexionez. Jañ.
g Nota qđ opiū ſtat h̄ pro ſucco tm̄ ita ꝙ p opiū pēcedani intelligit ſuccū. pēcedani .i. feniculi porcī. ⁊ p opiuꝫ miconis ſuccuꝫ miconis .i. papaueris albi.
h .i. laxaria cibis

## Curatio quibus ex qualitatis diſtemperantia dolores ſunt. Caplm. XLIIII.

SI autem ex qualitate caloris dolores fiāt talia.ſ.opꝫ adhiberi q̃ in dolore ex cholico hūore expedire diximus abſqꝫ flobothomo aut catartico. Qđ ſi ex cōſtrictione vētris cōtingat cōmotio aliqua capitis oīno opꝫ feſtinare deduci[h] vētrē cibis:⁊ que paulatiꝫ purgare pñt. Sūt ad hoc qppe multa:maxie tm̄ que ſal accipiūt. Siqdeꝫ de glutinoſis ⁊ ſpiſſis humorib⁹ ꝯſtrigat̃ vēter. dabis ex hac ꝯfectiōe que. ℞. ſalis armoniaci.ʒ.ij.piperis.ʒ.j.euforbij.ʒ.j.dabis autē in ouo aut in ptiſana. ℈.iij.aut.iiij. Si aūt nō eſt flegmaticus humor vteris catartico qđ cholerā purget qđ. ℞. ſalis cōis frixi.ʒ.iiij.piperis.ʒ.ij.ſcamonee.ʒ.j.dabis aūt in ouo aut in ptiſana.℈.iij.aut.iiij. Si aūt nō eſt flegmaticus humor vteris catartico qđ cholerā purget.qđ. ℞. ſalis cōis frixi.ʒ.iiij.piperis.ʒ.ij.ſcamonee.ʒ.j.dabis autē in ouo aut in pane ⁊ vbi volueris coclearium vnū ſine aliqua moleſtia purgat vel mollit ventrē:⁊ audacter ego vſus ſum in iſto ⁊ illo qđ euforbiū recepit. Qđ ſi ſupfluat vēter ⁊ amplius ipſa ſiccitas corporis faciat capitis doloreꝫ contēdimus per ciboꝝ ⁊ potuū conſtringere medicamina. Si autem ex vigilijs ⁊ ſollicitudine contingat hec paſſio exhibenda ſunt ad hec ea que ſoporem inferant. Mitiganda ſunt enim omnia que infirmis ſuperueniunt vt facilius recipiant ſanitatem.

## De emicraneo dolore. Cap. XLV.

SEpius dolorez media pars capitis patit̃ initiū ſumēs ab ipſa teſta quā graneū greci appellāt:vñ ⁊ emicraneū appellat̃ eo ꝙ media ps teſte patiat̃. Et fit hoc cuꝫ ſuperfluitas ibi aliqua inceſſerit:aut certe reſolut⁹ humor in vētoſitateꝫ exagitat loca. Qđ ſi ſine aliqua ſuperfluitate humoꝝ tibi videat̃ mēbrū leſuꝫ eē capitis preuidēda eſt curatio:⁊ ipſi ſoli adhibenda ſunt adiutoria localia. Si auteꝫ plenitudo humoꝝ moleſtias inferūt.tunc multifarie opꝫ cōſiderari ⁊ cognoſci quiſnā ſit que augmētatus eſt humor. Manifeſtum eſt enim:qr euacuationeꝫ ex ipſo opꝫ fieri. Nā ſi ſanguis ſupeminet flobothomandus eſt.ſi aūt aliquis ex alijs fuerit humor catartico:qui lederent[i] purgandi ſunt humores.

## Si patiat̃ caput ex ſtomacho ⁊ exinde emicraneus dolor fiat. Caplm. XLVI.

SEpius eniꝫ cōpatitur caput ex ſtomacho:aut imbecillitate ſua aut nō digerendo bñ aut cū circūdat̃ humore in ſeipſo aliquo.i.aut cholerico aut flegmatico:⁊ non digerunt̃ bene. Contēplādū eſt ēt ex q̃ h̄ euenerit cā vtrū ex calida diſtēperātia aut frigida. Si eni ex frigida neceſſe eſt vt ꝯfortatiuis ⁊ calefaciētib⁹ curent̃ adiutorijs. Si aūt ex calida q̃ ifrigidāt ⁊ tēperant adhibēda ſunt medicamia.

## Si ex frigido humore in ſtomacho exiſtente emicraneus dolor fiat. Cap. XLVII.

SIgitur ex frigido humore in ſtomacho ꝯſiſtēte emicranei dolores fuerit exorti. Prio qdē ſtomacho embroce de vino:⁊ oleo nardi.⁊ glaucino[k] ⁊ ſtorace ⁊ maſtice ſunt adhibēde. Prius hoc aūt ⁊ epithima aut poliarthion[l] aut philagrion[m] ſꝫ ⁊ marciathon[n] qđ vocat̃ optime facit ſoluēs intra ſtomachū factas vētoſitates. Sūt aūt ⁊ cibi tales dādi q calefaciāt ⁊ ſubtiliare poſſint humores corroborādo ſtomachū. His eniꝫ hydragogū[o] vtile eſt ſi aniſuꝫ habeat adiūctū. Utiliſſimū eſt ⁊ oxymel datū cū porris coctis cōmixtū. Et mala cydonia cōpoſita cuꝫ pipere ⁊.cc. Juuat aūt eos ⁊ hyſſopo ⁊ aniſo ⁊ apio ⁊ dauco apocima potatū. De oleribus aūt caulis ⁊ rapa ⁊ helyoſparag⁹[p] ⁊ bleta cū ſinapi ⁊ cappari. Aliū aūt ſepi⁹ eliſit dolores quēadmodū ⁊ ſalſamēta ⁊ nichatara[q] que dicitur caraxos.

## De vomito ⁊ catartico ⁊ cataputijs. Ca. XLVIII.

IUuat aūt eos vomit⁹ poſt cibū.⁊ catarticū in cataputijs[r] cōfectū hñs collogntidas ⁊ euforbiū quaꝝ confectio ℞. hec aloes epatici.ʒ.j.⁊.ß. euforbij.ʒ.j.⁊.ß.collogntide iterioris ſcamonee.ʒ.j. bdelij ſtiptici[s].ʒ.j.⁊.ß.comeos[t].ʒ.j.nitri alexādrini.ʒ.j.⁊.ß.ellebori nigri corticis.ʒ.j.ſolues cū ſucco braſice[u] aut citri aut rodomelle[x] ⁊ facias cataputias[y] ⁊ dabis ex eis.℈.vj. Opꝫ aūt nō ſubitā aut ſemel facere purgationē ſꝫ paulatiꝫ facē ⁊ dare ipſaꝫ potionē:⁊ ſic puenire ad pfectā doſiꝫ. Eſt eniꝫ ⁊ h̄ recorpatiua[ȝ] nō minor acceptiōe vere antidoti:⁊ ſine moleſtia purgat ⁊ nō ſūmos tm̄ attigit hūores:ſꝫ ex pfundo trahit ex ipſis radicibus ſupiorib⁹ hūores. Et ſiqs h̄ recte vſus fuerit nō ſolū emicranicas paſſiōes ſꝫ oēs diuturnos dolores ſanare pōt:necnō ⁊ ſcothomicas paſſiones ⁊ epilepticas ſed ⁊ arteticas ⁊ podagricas ⁊ ſciaticas. Per hāc eni potationē de glutinoſis ⁊ ſpiſſis ⁊ piguibus humorib⁹ ꝯſiſtētib⁹ in ſtōacho:aut alicubi faciētibus dolores integra ſanitas reſtituitur.

## Si ē cholico hūore fit emicranea paſſio. C. XLIX.

SI autem ex cholerico humore emicranea fiat paſſio. Aſſumēdus eſt p̄ oiuꝫ panis in aqua calida infuſus. Ceterum aūt ⁊ malue ⁊ lactuce comedenda ſunt:

i Si ad caput aſcēderēt:vel ꝓge ledunt.
k In antidotario vlī inenit̃ receptio olī glaucini:⁊ dic̃ Jañ. ſe iueniſſe receptā cius in qua non intrat glauciuꝫ qđ ē memithe.
l Eſt epithima pluribꝰ valēs:⁊ dī apolis qđ ē pluralitas.
m Philagriō ē epithima qđ interpretat̃ amīa agreſtia quoniā acria recepit.
n Unguētū eſt in antido. nicolai.
o .i. aque educitiuū medicamen.
p Paulus capitulo de cura epticorū helyoſpagus eſt ideꝫ q ſpag⁹ ſeu ſūmitas ſpagi.
q Nichata eſt genus ſalſamēti:⁊ dī q̄ñ fluere faciēs ſeu diſſolutiua. Et dī caraxos eo ꝙ didit ⁊ incedit.
r .i. pillulis.
s Al loco.
t .i. gūmi arabici.
u .i. caulis.
x .i. melle roſato.
y .i. pillulas.
ȝ .i. recorporatiua medicina eſt iſpiſſatiua q̃ carnē ⁊ cutiꝫ denſat confortatq; mēbruꝫ ⁊ tēpat complexionez. Jañ.



ſunt:⁊ ſm totū ſint oēs humidi ⁊ tēperati cibi. Et balnea ſil'r tēperata ex aq̄ dulci ⁊c. Et nouiſſime catarticū dādū eſt cū hierapigra diagredium:⁊ alia queqꝫ talia que cholerā purgare valeāt. Qui aūt bene purgare voluerint ea medicamina que ſatis calefaciunt nullo modo ſunt aſſumēda. Sil'r aūt ⁊ deforis ponēda ſunt illinimēta que nō ſatis ſint cal'a. Et oīs cura talis ſit in hac reddibita qualē in capitis dixim⁹ dolorib⁹ debere. fieri.eadē eniꝫ ipſa ſunt ſm genus:preter ꝙ diuturna ſunt ⁊ fortiſſima in cephalicis paſſionibus. Ut aūt facilius inuenire poſſis ad vnāquāqꝫ cauſam expediētia auditoria ſcribā tibi ipſa graphaaria[a].

## Criſina[b] locale ad dolores ex frigido dolore emicraneo. Caplm. L.

EUforbij.ʒ.j.caſtorei.ʒ.j.cuꝫ aq̄ teres:⁊ in aurē mittes i ea ipſa parte que dolet:⁊ ad balneū ire iubebis:⁊ modice pfricet̃:⁊ ſic in aures ei⁹ mittes medicamen:deinde lauet ſm cōſuetudinē. ſatis.n. bonū adiutoriū eſt ⁊ freq̄nter eo vſus ſuꝫ. Maximū.ſ.⁊ hoc adiutoriū eſt qđ. ℞. euforbij.ʒ.iiij. melangraphicō[c].ʒ.iiij.myrre troclitē[d].ʒ.iij.croci.ʒ.ij. crocomagmat[e].ʒ.ij.piperis albi.ʒ.iiij.aceti qđ ſufficit: hec oīa reſoluant̃ bñ:⁊ ſil'a fiāt pinguedini mellis. Et ſic illinies incipiēs a meſo[f] ſupcilio vſqꝫ ad timpora tota:⁊ maxime ſi nudus fuerit locus de capillis:⁊ cuꝫ ceſſauerit iterū vnges in eo ipſo loco vſqꝫ tertio. Opꝫ aūt illinire medicamen de mane vt poſſit bñ iuuari[g] donec lauet. Obſeruet aūt ne dū inūgit̃ aut lauat̃ medicamē igrediat̃ i oc'lo:ſpōgiā.n.teneat añ oc'los ⁊ cuꝫ ſenſerit inungi oculos detergat. Et cū ambulauerit ad balneū ſil'r faciat ⁊ inūgat:⁊ h̄ ſepi⁹ faciat donec ad pfectā ſanitatē pueniat. Et cū ipſe a paſſione fuerit releuatus vtat̃ h̄ adiutorio cū interuallo:vt nō iterū i eādē incidat paſſionē. Hoc aūt maius adiutoriū ad diuturnos ⁊ fortes dolores nō ē poſ'e ieniri. Ad mediocres aūt ⁊ leues dolores hoc ſequēti freq̄nter vtere medicamine. Qđ. ℞. olei[h] ſabini lib.j.cere.ʒ.iiij.euforbij.ʒ.j. h̄ aūt vteris ⁊ inūges mediā pte frōtis cū tipore ſuo muſculos ꝑtinēte añq̄ lauet i balneo. Facit āt h̄ maxie ex frigore dolorē patiētib⁹. Alia.n.m'ta ſūt poſita ab antiqs:ſꝫ ſufficiāt ſola illa a multis tradita ⁊ expimētata.

## Quibus ex cholerico humore fiunt emicranee paſſiones. Caplm. LI.

QUibus aūt ex cholico humore fiunt emicranici dolores ſufficiet de croco trociſcis fact̄ illiniri loca dolētia. Sil'r ⁊ de trigono[i] trociſco. Sed ⁊ terra egyptiaca illinita fac̃. Que ſi voluer̄ illinire cū aceto ⁊ oleo roſ. ⁊ camomillino:aut aliq̄ mitigatorio ſuc⁹ illinies:aut ex aliq̄ pagorico[k] ſucco:vl' ex his ſil'ib⁹. Quib⁹ opꝫ vti ſm methodicas.i.rōnabiles reg'as ⁊ dignam Hippocratis medicinā. Ad emicraneū dolorē. ℞. baccarū lauri ſiccaꝝ ptes.ij.⁊ libani[l] ptē vnā ⁊ tundes ⁊ cribellabis:⁊ teres cū aqua ⁊ illinies frequēter pbatū eſt. Jtē aliud piper ⁊ gūmi ſolues cū oui albumie ⁊ illinies. Jtē aliō crocomagmat̄ aloes epatici.añ.ʒ.iij.galle aſiane[m] nō pertuſe.ʒ.ij.aceti qđ ſufficit.

## De freneſi. Caplm. LII.

QUonia qdē freneſis acutiſſima ē paſſio ⁊ p'iculoſiſſima oēs medici ꝯfitent̃. vñ ḡ ꝯſiſtit aut q̄l'r patit̃ cerebꝝ aut q̄lis ps ei⁹ leſa eſt:⁊ de curatiōe ipſius paſſiōis indicādū eſt. Dicam⁹ ḡ nos q̄ eſt vera freneſis:⁊ q̄ cā ipſi⁹ vl' quō cogſci oꝫ:aut q̄l'r euenit oñdam⁹. Multi.n. antiq̄ ꝑ maxie de cognitōe ipſi⁹ errauerūt nō modice:vt ēt alienātes exiſtimarēt freneticos eſſe. multū eni differūt iter ſe freneſis ⁊ alienatio.

a Pro receptas.
b Criſina grece vng[te] latine Ja.
c Eſt encauſtum ſcriptoꝝ. Jañ.
d Al loco.
e .i. fecis olei de croco.
f .i. medio.
g Eger ab eo.
h Galen⁹ ad glauco. cap. de ſcliroſib⁹ ingt ol'm ſabinū eſt oleū tenuiſſime ꝟtutis ac penetrabilis puto ꝙ ſit oleum de ſauina que ēt ſabina dicit̃ vt ait Jañ.
i .i. ex trib⁹ medicinis cōpoſito qualis eſt q ſtatim deſcribitur in hoc caplo.
k .i. mitigatio Jañ.
l Thuris.
m Al loco.

## Que cauſa eſt frenetice. Caplm. LIII.

FIt ergo ver⁹ frenetic⁹ ex cholibus rubeis cū ad cerebrū puenerint incēſa febre:⁊ flegmonē ibideꝫ faciūt:aut i myringa.añq̄ ḡ ſurſum aſcēdāt ⁊ ſe infigāt ibidē vl' ꝯſtipēt nō freneſis ſꝫ pafreneſis appellat̃.i.alienatio mētis ex interuallo fcā. Et h̄ cōtingere ſolet qñ in ſtatu eſt poſita febris acuta q̄pliſſime. Et hec eſt ꝓpetas pafreneſis:ꝙ nō i toto tpe pmanet in febre ſꝫ pauſat. Frenetica aūt paſſio ſemp manet. Eſt aūt ipa febris nō i vna ſpecie:ſꝫ i diuerſis. Si igit̃ ex acri[n] chol'a ꝯſiſtat eſt qdē mitior:ſi aūt ex rubea fuerit chol'a fortior ⁊ valida nimis efficit̃:⁊ febres infert maiores. Fit aūt ex[o] alia que ⁊ chiriodos[p] vocatur q̄ plus ſine mēſura eſt q̄ illa que ex rubeis ſit cholerib⁹. Jta vt ex nimia febre exardeſcat ⁊ exurat̃ hō.

## Signa future frenetice. Caplm. LIIII.

PRecedit aūt futuram freneſim frequēs iſomnietas:⁊ ſomnia ingeta cū mētis turbatōe. Et exiliūt:⁊ phātaſias patiunt̃:vt ēt aliq̄ videre ſe indicāt:⁊ q̄ futura ſūt pdicere volētes icipiūt iterdū minare his q in domo ſūt vl' aliq̄ dicē. Et dū loquūtur aliō ex alio dicūt. Aſpiores quoqꝫ ⁊ furioſiores vident̃ eē plus q̄ fuerit:⁊ grāde ⁊ ſpiſſuꝫ aſpirāt. Et pulſus hñt puos ⁊ duros:⁊ i poſteriori capit̄ pte q̄ ymondi dolorez ſepi⁹ patiunt̃. Qđ ſi paſſio[q] ſupfluxerit:ita vt iā ꝓxima ſit freneſis ⁊ extēſis oc'is ⁊ pauidis attēdūt humidos ſatis ⁊ pauidos hñtes oculos ⁊ rubeos ⁊ lippos hñt oc'os ⁊ inherētes. Et lachrymāt nō ex ambob⁹ ſꝫ ex vno tm̄. Approximāte aūt iā paſſiōe icipiūt ex ſtragulis[r] vl' ex ſtramib⁹ pilos aut feſtucas exhē. Et neqꝫ rñſuꝫ reddē iterrogātib⁹ certū pñt. Et linguā adhuc magis hñt aſperā ⁊ febres ſicciores:⁊ iterdum tremuli fiūt deſiccato cerebro ⁊ ex ipo cerebro ꝓcedētib⁹ neruis[s] ⁊ iſenſibiles fiūt ita vt exiccati aut vix aut nl'o mō obediāt[t]. Talia.n. patiūt̃ ⁊ his ſil'ia hñt ſigna: q verā icurrūt freneticā:⁊ i qb⁹ ab initio paſſio ipa i cerebro futura eſt. Neqꝫ.n. aliqd aliō patiūt̃ q verā freneſim hīe icipiūt quēadmodū aliq exiſtimāt ꝙ ex flegmone diaphragmat̄ fiat frenetic⁹ qđ nō ē verꝝ. Sꝫ ⁊ ipꝫ qdē cū flegmonē habuerit diaphragma maxie generat alienationē vt ſil'is videatur eē freneticis. Qđ ſi mixta fuerit chol'a rub. flati vocat̃ freneſis:qr exinde inſomnietas ſit corporis ſꝫ nō eſt vera freneſis.

## Note frenetice ſigna. Cap. LV.

COgnoſces aūt ex pmixtōe hūoꝝ gñari freneticā:⁊ ex ipſis que ſupueniūt ſynthomatib⁹ pmixtis. Etenim iſomnietates patiūt̃ ſil' ⁊ idifferēter:⁊ iteꝝ poſtmodū alienant̃. Deinde ſomno ꝓfundo ḡuati oppmūt̃:⁊ cū turbore q̄dā ⁊ mētis motu euigilāt. Et rñdēt his q pñtes ſunt cū turbore animi ⁊ irrationabilia ⁊ inania[u] habent in ſermonibus ſuis.

## De his qb⁹ iā diuturna freneſis ēuētura ſig. C. LVI.

SCiri aūt opꝫ ꝙ ſi lōginqua futura eſt paſſio hec eis fieri ſolēt. Qñ eniꝫ ībecillior fuerit vi⁹ ſigna mixta eis apparent vt alia aliq̄ frenetica exiſtiment̃ eſſe ſpēs ſed nō eſt alia. Ab initio enim turbatio animi ſit ⁊ inaniam patiunt̃:mox igit̃ cholera[x] ſurſum petētia cōmouent cerebrū. Poſt hec aūt ſil'e cum

n .i. acuta ſubtil' pmixta cuꝫ aliquo flegmate.
o .i. ex cholera aduſta.
p .i. freneſis ardentiſſima.
q .i. dolor.
r .i. veſtibus.
s Deſiccatis.
t Senſui.ſ.ad motum.
u .i. vana.
x In neutro gñe ⁊ numero plurali

etbicis febꝛibus fit per totū cerebꝛū. Et iam inoꝛdina
tis ⁊ inaniatis verbis ꝓrūpūt. Et iacētes neqʒ loq̄ pñt
a .i. oꝛdines debitos iacendi.
ꝓpter imbecillitatē virtutis neqʒ in lecto ſcemata [a] ia
cēdi appetūt neqʒ exiliūt foꝛtiter. Inoꝛdinate tñ ma
nus huc illucqʒ iactāt: ita vt neſcientes cauſam putent
eos aliq̄d querere ⁊ inuentū velle cōpꝛehendere. Aliq
aūt ipſoꝝ neqʒ oculos apiunt aut ipſas ſubleuant pal
pebꝛas deficiēte virtute: vel ſi apparuerint aliq̄ñ mo
leſtāre humoꝛe: iterū modico attendentes tp̄e moꝝ re
cludunt. Hec enim imbecilli facta virtute efficiunt̄ ſi
gna: ⁊ nō eſt frenetica altera ſpēs: ſʒ ipſa quā declarat
pulſus imbecillitas ⁊ virtutis: cū fuerit durus ⁊ paruꝰ
⁊ anguſtus oīno oībus: q̄ñ plurime aūt magis diutur
nis freneticis. Iſtis ergo ſignis ſunt cognoſcendi frene
b Pro qualiter.
tici. Ceterū vt [b] aliqui ad has paſſiones optime adhi
beant curas dicendum eſt.

Curatio freneticoꝝum. Cap. LVII.

OMnes aūt qui verā freneſim patiū
tur ſi virtus robuſta eſt: ⁊ ni
hil aliō ꝓhibuerit feſtinare opʒ vt flōmē
tur eo q̄ ſup oīa eſt hoc p̄muʒ ⁊ magnum
adiutoꝛiū. Si aūt ꝓhibeat infirmus qō ſe
pius euenire ſolet: vt neqʒ poꝛrigere velit manū me
dicis: oīno opʒ venā que in media frōte eſt rectā tāge
re. Fit aūt hoc optime ſi coꝛio ꝯſtringat̄ artificioſe col
lum vt tēſa appareat vena. Ego igit̄ ſic ſanaui quēdā
valde freneticū exiſtentē: quē ſatis multi ⁊ foꝛtes cōti
nebāt domeſtici ligaturis ꝯſtrictū: vt in frōte ei venaʒ
poſſemus incidere. In tāta eniʒ furia verſabat̄ vt oīa
que maniaci facere ſolēt ageret. Poſtea ṽo ſecūdātes
flōmū tātū detraxerūt ſanguinū quātū rō poſtulabat.
Et ſic q̄dē eū curauimꝰ celerius cū has ⁊ alias oēs oꝛ
dine ꝓſequētes curas in eo adhibuimus. Hoc eni agi
c .i. ꝓpter inquietudinem.
opʒ ſi nō pōt ab ingetudine [c] ipſius in bꝛachio incidi
vena. Poſt aūt ſanguis detractionē localia ei adhibui
adiutoꝛia. In p̄mis oxyrodino .i. aceto cū oleo roſ. mi
d .i. repꝛimere.
xto caput infundes p̄mere [d] tēptās aſcēdētes humoꝝ
vapoꝛes vt roboꝛare poſſit cerebꝛū ⁊ totum caput vt
e .i. caput.
nō ipſuʒ [e] calīn exſis ampliꝰ ad ſe trahat humoꝛē ⁊ p̄p
h̄ magis repleat̄. Prouideri aūt opʒ acetū vt ⁊ pago
f .i. mulcet ſeu mitigat. Iaū.
riçet [f] ⁊ ſomnuʒ facere poſſit. In p̄mis enim dʒ admi
ſceri q̄nta p̄s aceti. In nimia aūt acceſſione ēt hedē ni
gre aut herpilli quartā p̄tem remoto aceto miſcui. Qñ
autem augmētata fuerit paſſio ⁊ inſomnietatē patiun
tur ⁊ alienant̄ adhuc magis plus iuuādi ſunt ⁊ ampliꝰ
g .i. aceto mixto cum oleo roſ.
infundendū eſt caput oxyrodino [g]. Et fomētanduʒ eſt
ex aqua vbi decoxeris camomillā herbā ⁊ papauer ⁊
h .i. ſerpillum.
herpillū [h] ⁊ hederā cū vnctione oxyrodini. Odoꝛibus
etiā ⁊ linimētis oīno ſubueniat̄ ⁊ inſomnietates ampu
tent̄ ⁊ ſomnꝰ inungat̄ alꝰs ingerat̄ laboꝛanti q ō ſolum
⁊ maximū laboꝛātibus eſt remedium. Quod ſi his ad
hibitis permaneat inſomnietas ⁊ alienatio dabis ei bi
bere ad oīa vtiliſſimū factū adiutoꝛiū diacodion. Nō
ſolū enim adiuuat inſomnietates ſʒ ⁊ febꝛes amputat.
Adhuc autem ⁊ ardens caput extinguit. Si autem ni
hil ſatis vrgeat mali nō feſtines dare diacodion ⁊ ma
xime ſi nō verā freneſim eſſe cognoueris. i. ſi nō ex ſo
lis cholꝛ̄ibus ſʒ cū eis flegma ſit mixtū ita vt ſit nō ve
ra quā notā dixīmꝰ oīno ꝓhibeat̄ diacodion aut aliud
aliq̄ō ſapoꝛiferū vel anodinū medicamen. Si aūt im
i Eger.
becillis virtutis tibi eē videbit̄ [i] ꝓhibēde ſunt magis
narcotice potationes que ſomniū faciūt. Imbecillē igi
tur virtutē hñtes nō qualiſcūqʒ leſio ex hac tali pota
tione ſubſequit̄ ſʒ ⁊ interdū moꝛiunt̄. Cōtēplari etiaʒ
opʒ ⁊ domuʒ in qua infirmus iaceat in qua aer eſſe dʒ

k Vapoꝛibus .ſ.
neqʒ pinguis neqʒ ſatis infuſus [k] aut frigidus aut ſatis
calidus vt neqʒ cōdēſari caput poſſit neqʒ repleri ſed
tēperatus eē magis vt ipſa tēperātia miniſtret̄ fridus
ſpūs ⁊ relaxet̄. Sit aūt aer magis luminoſus q̄ȝ obſcu
rus. Sed nec amici frequēter aut multitudo hoiuʒ in
grediat̄ ad ipm̄. Sed neqʒ triſtitia neqʒ iracūdia ei cō
mouēda eſt aut indicēda. Nā ⁊ multitudo hoiuʒ igre
l .i. expirātes .ſ.
m .i. anhelitum.
diētiū aerē pinguioꝛē faciūt ſpirātes [l] humidū ſpūʒ [m].
Caueat etiā mouere ſe foꝛtiꝰ: ſʒ paulatim vt nō agitet̄
n Vexatiuuʒ ſeu exacerbatiuuʒ. Iaū.
lectꝰ paroxinticon: [n] eſt enim ſi a ſomno ipediat̄. Fri
cent̄ aūt paulatim ⁊ leniter in iferioꝛes p̄tes: ⁊ tūc am
plius q̄ñ ſpaſmi fiūt laboꝛāti. Adhibēde ſunt ēt ⁊ liga
ture p̄ coxas ⁊ pedes eteniʒ ꝓtrahūt hec mām ad infe
o .i. mulcent ſeu mitigant.
rioꝛes p̄tes ⁊ ſpaſmos pagoꝛiçāt [o]. Optimū eſt enim ⁊
poſt fricationē fomētari inferioꝛes p̄tes: ⁊ ſic conſtrin
gātur ligaturis vt poſſint magis continere inferioꝛes
p p .i. egro.
p̄tes mām. Sed opʒ fieri h̄ aū acceſſionē. Cui [p] etiaʒ ⁊
vētoſitates adhibere debes ⁊ maxīe ante acceſſionē:
vt per ꝯrīā partē deducāt mām que ad ſupioꝛa cōten
dit purgare. Silr̄ aūt ⁊ epithimata opʒ adhiberi que
neqʒ nimis calīa ſint neqʒ nimis frida: ſʒ tēperata ma
gis. Que enim calefaciūt plīmū viſcera maximū ma
luʒ ibidē ingerūt ⁊ ex hoc ſubito magis caput replet̄.
Pro hac refomētari foꝛtiter nō opʒ p̄coꝛdia ⁊ maxīe
his q̄ foꝛtiter febꝛiūt ⁊ vbi eſt plenitudo humoꝝ ⁊ ca
q Hydrolion eſt mixtura ex aq̄ ⁊ oleo. Iaū.
put petit. Sufficit ḡ ſolū lini ſemen in hydroleo [q] coq
⁊ apoçimate camomille herbe facto adhiberi tepiduʒ
viſceribus: hoc enim ⁊ ardentia ⁊ tenſa mitigat.

De cibis in freneſi. Cap. LVIII.

OPoꝛtet autem inter medica
minum ope
rationes etiam eſcarum virtutes que expe
diunt oꝛdinari. Multi enim ignoꝛātes ci
bos miniſtrāt: ⁊ neſciunt vtrum potius le
dant aut ſanent. Mox ergo a pꝛimoꝛdio ptiſane ſuc
cus miniſtrandus eſt bene coctus. Si autem non eis
r .i. cū granis oꝛdei integris coctis.
hoc ſuaue eſt: etiā cū granulis [r] dabis ſine aliquo cōdi
s Qñ fauus mellis in aq̄ lauat̄ aq̄ illa melliꝰ apomel dꝛ. Ia.
mēto addēs eis modicū ſolius apomellis [s] aut hydro
t .i. aque mellis.
mellis [t] ſuauitatis cauſa modicū addat̄ aut hydroꝛoſa
v .i. aqua roſa.
tuʒ: [v] hydromel [x] aūt ⁊ maxime cibariaticon [y] q̄ſi ꝯrīū
x Hic ꝓhibet potū hydromellis puri ſʒ i pagrapho p̄ce. ꝯceſſit q̄ parum ex eo miſcet cibis.
fugere opʒ ⁊ mel ſolū ⁊ oxymel. Et ſi ſuauis nō ſit eis
ptiſane ſuccus: multi eniʒ nec nomē ipſiꝰ libēter odiūt:
his ḡ dare opʒ auene ſuccū ſi inueniat̄ aut ciceruʒ. Si
aūt abhoꝛrēt ſoꝛbitiones paneʒ eis in aq̄ calīa infuſum
dabis. Nō eniʒ minus iuuat q̄ȝ ſupꝛaſcripti ſucci ſicut
y Eſt potus q̄lib; qui loco vini fit vt ceruiſia ⁊ medo. Iaū.
exiſtimo. Et magis ex olerībꝰ comedāt qualia ſunt in
tiba ⁊ malue elixe. Interdum etiā nō cocta ſatis: ſi ni
mis febꝛire videant̄ ⁊ ſitiāt multū ⁊ inſomnietatē pa
tiant̄: ex hoc enim iuuabunt̄. Et adhuc magis prodeſt
ſi caulis tyrſos coctos ⁊ lactuce tyrſos dederis ⁊ melo
z .i. aſpi ſeu ſquamoſi.
nes ⁊ cucumeris interioꝛa. Digeſtione igit̄ apparente
etiaʒ piſces aſpꝛatiles [z] dabis ⁊ euchimos ⁊ pectines.
⁊ Perſica duratiua ingt Iaū. ſunt genꝰ p̄mi perſicoꝛum oībus notum.
Poma aūt accipiāt: pſica [⁊] duratiua ⁊ ceraſa ⁊ mela [ꝯ]:
ꝯ Mela ē arboꝛ magna fructuʒ hñs comeſtibilem maioꝛē pꝛope guſtu ſuauem Iaū. inſʒ nominis.
⁊ malagranata: ſed de his oībus modice. Potationem
aūt dari eis ꝯuenit: ⁊ ſubinde paulatim calidam aquā.
Neqʒ enim multū appetūt potuʒ neqʒ iuuantur ſi ſe
mel multum bibant. Frigidam autem aquam omni
no pꝛohiberi opoꝛtet: pꝛopter qō non eſt vtilis. Nam
ſi ſit intrinſecus flegmon aut in viſceribus aut alio ali
quo membꝛo non paruum periculū accidet. Si enim
de pꝛeſenti videat̄ iuuare vel mitigare frigida potio:
poſtea tñ duras ⁊ peſſimas efficit febꝛes vt etiā ⁊ alie
nationem augmētet: ⁊ vt ſimpliciter dicaʒ omnia mu
tat in peius. Cautius ergo eſt vt calida aq̄ vtat̄ magis
ꝫ .i. mixtura ex aqua ⁊ oleo.
quā frida. Scio aūt q̄ſdā hydroleo [ꝫ] vſos fuiſſe i potu



in quibus videbantur q̄ȝplurime deſiccare ſuperioꝛes
partes paſſe a cholerico humoꝛe. Mitigabāt eniʒ ex
hoc caloꝛes ⁊ relaxabant tenſuras viſcerum ⁊ flegmo
nes ⁊ per ventrem aut per vomitum purgabat̄ chole
a .i. balneū i tina
ricus humoꝛ non modice. Lauari [a] autē opoꝛtet ⁊ vn
b Melius h̄ ſtaret exiccatio. Naʒ in freneſi pene coꝛpꝰ ethicatur eo q̄ cerebꝛū nō tēpat vʒ caliditatē ⁊ ſiccitatē coꝛdis: ⁊ ad ſiccitatē tollendaʒ laudant̄ h̄ balneuʒ ⁊ vinū io.
gi his quibus iam exercitatio [b] facta eſt: ⁊ non quanti
tas paſſionis nocet oīno: ſed ſi adhuc ſiccitas ⁊ inſom
nietas abundent. Et ſi febꝛiant nihil nocet ſi lauentur:
maxime ſi temperato vtant̄ balneo vt neqʒ aereʒ ha
c .i. balneū aque
beant ignitum neqʒ ſolium [c] calidum. Qui aūt timent
tales lauare febꝛientes multum errant. Nam qui in
ſomnietatem patiuntur: ſi non lauentur adhuc magis
turbantur: ⁊ ſine intellectu ſunt. Lauare ergo opoꝛtet
vt diximus: ſic enim facientes temperātur ⁊ alienatio
ne ⁊ febꝛe carent. Preſumendum eſt etiam tunc vinū
dari maxime iſtis in quibus inſomnietas multa eſt: ⁊
virtus imbecillis etiam ſi non ſunt febꝛes nimie: ⁊ di
geſtio fit in vrinis. Adhuc autem magis eis opoꝛtet ⁊
celerius dari vinum quibus magis conſuetudo fuit ſa
nis bibēdi: ⁊ ſtomachi infirmioꝛ ⁊ frigidioꝛ ſit natura.
In hys enim omnibus oppoꝛtunum tēpus eſt ⁊ vinū
dari: ⁊ omni alienanti ſi mediocriter aſſumptū eſt: mu
tat enim eis coꝛdis motum ⁊ inſomnietatis exceſſum
in bonam animi voluntatem cum abundantia ſomni:
⁊ infundit cerebꝛum ⁊ nutrit coꝛpus in his in quibꝰ nō
eſt in hypocundrys ardens flegmon: aut ſi ipſa hypo
cundria non multum caloꝛentur. Sed ⁊ ſi virtus infir
mioꝛ ſit: dabis ſecurius eis vinum bibere: ſi nō ipſo iu
uamine maioꝛ ſit eſtimata leſio. Si eniʒ virtus reuer
tatur ⁊ cadat paſſio: omnia agere poſſumus ⁊ adiuua
re multis modis infirmitatem. Incidentibus autē eis
inſomnietatem nimiam pꝛouidendum eſt omnino cu
d .i. vinum.
ranti medico: ne in poſterum ledat [d]. Menſuram igit̄
opʒ fieri paſſionis male ⁊ vini potationis: vt in nullo a
medico offenſa pꝛoueniat.

De lythargico .i. obliuioſo. Cap. LIX.

VErus quippe lythargicus quē
admodū ⁊ frene
ticus fit. Habet eni locū ipſe in cerebꝛo le
dēdi: materiam aūt habet contrariā frene
tico. Ex flegmate enim efficitur humectan
do ⁊ infundēdo foꝛtiter cerebꝛū vt nō poſſit rememo
rari vt aliquid locatur ſed clauſas palpebꝛas habens
e .i. omnino.
f Egro.
g .i. per animi ſtupoꝛem.
iacet quietus: ⁊ in toto [e] grauato [f] vel oppꝛeſſo animi [g]
ſtupoꝛe oſtenditur humectatuʒ ⁊ infrigidatum eſſe ce
rebꝛum. Si enim flegmaticus humoꝛ fuerit ſolus ly
thargicum facit virum alias verū. Si auteʒ non ſolus
fuerit flegmaticus humoꝛ putridus in capite ſed ⁊ cho
lericus humoꝛ ſimul cum illo mixtus accidat: ⁊ accidē
tia ſunt ita mixta vt modo vigilias patiantur: modo ⁊
graui oppꝛimantur ſomno ⁊ modo alienent̄. Utrūqʒ
enim agunt ſimul ⁊ claudentes palpebꝛas ⁊ manus: ſi
cut qui euellere aut pilos auferre vult continere ma
nus non poſſit. Quicunqʒ enim mediocriter aguntur
clamantibus eis aliquibus aperiunt interduʒ oculos:
⁊ iterum claudunt. Qui autem imbecillioꝛes ſunt ⁊ ni
mia paſſione detinentur: nullatenus audiunt neqʒ mo
uent palpebꝛas: pulſus etiam raros ⁊ bꝛeues vel ami
h .i. imbecilles ſeu debiles vt ponit Gale. pº de differentijs fe. ⁊ libꝛo de doctrina greca exponitur q̄ ſunt obſcuri ſeu minus eminentes.
dros [h] hñt: ſic ergo eos facilius eſt cognoſci. Dicemus
autem ⁊ quomodo opoꝛteat eos curari.

Curatio lythargicoꝛum. Cap. LX.

OMnia contēplanda ſunt dili
genter ⁊ ea que ab antiq̄s pꝛecepta ſunt
cuſtodiri ſuadeo: virtutem dico infirman
tis ⁊ habitudinem: ⁊ alia quecunqʒ talia: ſcilicet eta
tem tempus anni ⁊ conſuetudinem: ⁊ ſic ſanguinis
his omnibus pꝛeuiſis detractionem facies: ſi non ti
bi aliquid de his que pꝛedicta ſunt contra reſiſtat: ⁊
maxime virtus pꝛeuidenda eſt. Deinde ſunt localia
adiutoꝛia: nam omnis cura capiti eſt adhibenda vt
vapoꝛes pꝛohibeantur qui capiti inferuntur: ⁊ ſubue
niendum eſt vt qui ibidem humoꝛes inciderunt di
gerantur vel incidantur vel euertantur: alias euenten
tur. Optime igitur ad hoc vt repꝛimantur facit oxy
rodinum: ideſt oleum roſatum ⁊ acetum. Coꝛrobo
rat enim hoc caput ⁊ maxime in initio egritudinis fiat
hoc vt non facile ſuſcipiat moleſtantem in eo reli
quum vapoꝛem qui referebatur. Qui enim circumte
netur in cerebꝛo humoꝛ flegmaticus eſt ⁊ frigidus: ⁊
ideo opoꝛtet admiſceri in commixtione oxyrodini qō
i .i. feniculus poꝛcinus.
ſubtiliare humoꝛem ſimul valeat: quale eſt penceda
num [i] aut caſtoꝛeum: aut pulegium: aut calamentum:
aut thimus. Sed illinienda eſt etiam frons aut caſto
reo aut capillis hominis vſtis ⁊ tritis cum aceto: mul
tum enim iuuat ⁊ excitat ſic iacentem: eſt enim hoc
k .i. a pꝛopꝛietate opans pꝛeter apparētē rōnē.
contra paſſionem phyſicum. [k] Quod ſi permanſe
rit paſſio ⁊ difficiles ſint ad excitandum: vti opoꝛtet
obſtarnucis: ideſt que ſternutum remoueant: qualia
l Struciū cōdiſi idē eſt radix ſimilis ellebꝛoꝛo albo.
ſunt ſtrucium [l] cum caſtoꝛeo aut pipere aut euforbio
aut epithimo: hoc enim in naribus inſufflandum eſt:
aliud autem cum penna illiniendum eſt: ſed non opoꝛ
tet frequenter hoc fieri. Suffocatur enim virtus eo
rum: ⁊ adhuc magis repletiones fiunt capiti. Fri
cari autem opoꝛtet coxas frequenter q̄ȝplurime: ⁊
m .i. radice cucumeris agreſtis. Ianuenſis.
oleo ſicionio perungi [m] aut ſquillitico aceto. Inter
n .i. trita.
dum etiam ⁊ ipſa ſola ſquilla [n] aut ſynapi aut aceto tri
o Cataplaſma .ſ.
tis cathaplaſmata impones coxis: hoc enim [o] nimium
illata grauedine ſomni oppꝛeſſos moꝛtifere excitare
poteſt. Qō ſi nimis malitioſa ſit paſſio vel diuturna
fiat: auferendi ſunt capilli ⁊ caput vngenduʒ cū caſto
reo. Sed ⁊ ipſum caſtoꝛeuʒ dabis bibere. Super aūt
omnia contemplari opoꝛtet: ⁊ maxime ante hoꝛā vnā
acceſſionis dabis bibere: eteniʒ ſubtiliat ⁊ calefacit qō
frigidum eſt: ⁊ totum emoꝛtuum ⁊ periculoſuʒ in coꝛ
poꝛe flegmaticum humoꝛem deſiccat. Ego enim ſcio
quoſdam qui tenebantur multum de ſolo iſto fuiſſe li
beratos: ⁊ ſolum ipſum datum iuuiſſe: adhuc autem
magis cum oxymelle. Si autem ⁊ plectoꝛicus: ideſt
humoꝛibus plenus fuerit infirmus cum hoc aliquid
quod deducat ventrem dabis ⁊ maxime diagrediuʒ.
Sufficiunt enim duo. ʒ. caſtoꝛei: cui admiſcebis dia
gredy. ʒ. 5. aut amplius modice aut minus ſm̄ vir
tutem attendens. Danda ſunt etiam non ſolum adiu
toꝛia que ſubtilient humoꝛes: ſed ⁊ que nutriant qua
p Fauus mellis in aqua lauat̄ ⁊ aqua illa appomel dicitur.
lis eſt ſuccus de amigdalis cum modico melle co
ctus. Dare autem opoꝛtet ⁊ ptiſane ſuccos habentes
comas poꝛroꝛum: aut apy radices: aut hyſſopum ſi
q Purum .ſ. ⁊ per ſe.
non nimis febꝛiant. Quod ſi fuerit febꝛis nimia non
r Eſt potus q̄ loco vini ſit vt ceruiſia ⁊ medo. Iaū.
opoꝛtet ſimul hyſſopum coqui: ſed ſufficiant ei radi
ces apy ſole ⁊ ſimplici oxymelli admixte: ⁊ poſt pti
ſanas vel cum ipſis potabis. Bonum eſt vt micas
panis cum apomellito [p] aut hydromellito dari. Hy
s .i. vinū a loco. Guidiū inquit Iaū. apō Alexādrū repio inter cibos pleureticoꝝ qō q̄dā atriplices exponunt.
dromelon [q] autem aut cibariaticon [r] non debet eis da
ri: ſed neqʒ guidion [s] aut aliquod vinum cum adhuc
indigeſta eſt egritudo. Initium ṽo faciente digeſtio
ne nihil pꝛohibet ⁊ lauari [t] ⁊ vinum dari modice. Et
maxime poſt flobothomum ⁊ catarticum mediocre
totius coꝛpoꝛis non opoꝛtet dubitare de balneis: niſi
t .i. balneari.
foꝛte plenitudo ſit humoꝛum. Nam in cute ſi ſit ali

qua ſuperfluitas humorum magis digeritur per balneum. Sed in tali egritudine mediocriter calidum ſit lauacrum. Ego eniꝫ ſcio poſt decem ⁊ octo dies ingreſſum fuiſſe balneum quendam tali egritudine laborantem neqꝫ attendentem quo detinebat̃ malo: neqꝫ hoc ipſum ſentientem ꝙ lauaret ⁊ magis iuuatus eſt a balneo euigilans ⁊ attendens ⁊ loquens ⁊ cognoſcens oẽs qui preſto erant. Or ſi virtus robuſta videatur oportet lauare in balneo. Si auteꝫ imbecillis eſt virtus: ita vt nõ poſſit infirmus ſuſtinere laboreꝫ: aut balnei calorem intra domum lauetur implens tinam aqua calida vt poſſit ibidem poni infirmus vt ſedeat. Sed caput habeat foris aquam ⁊ non infundatur caput infirmo. Nam ſi infuderit caput aqua nihil iuuat: ſꝫ adhuc amplius anguſtias patietur ab infuſione calide aque. Hoc[a] igitur vſqꝫ bis fieri oportet. Et ſic poſtea cum melius ceperit habere ducendus eſt ad balneum. Et vt conſuetus lauetur nihil dubitans. Hoc enim[b] oportet rarius fieri his qui ⁊ caſus[c] patiuntur. neqꝫ eniꝫ curatio multum aliquid exigit. Oportet eniꝫ cognoſci ꝙ magis caſus[d] in frontis ſpatio conſiſtit anteriores partes capitis tenens: vt etiam ſenſibilitas earum virtutum[e] amplius ledatur. Fit etiaꝫ ex nimys doloribus vt vtiqꝫ digerantur[f] ⁊ incidant animales ſpiritus ⁊ in foraminibus contingant hec[g] accidentia: hec ⁊[h] cuꝫ in membris aliquibus tenetur ⁊ clauditur myringe adiutus. Habitatqꝫ[i] oſſium foramina[k] fortiora: ⁊ q̃maxime ſi medy cerebri obcludunt concauitatem. In iſtis enim particularibus curationibus non eſt nunc tẽpus ſcribere curas. Reſeruemus eniꝫ hoc in illo loco dicere vbi de fracturis contingit loqui.

a .ſ. lauacrum in domo propria.
b .ſ. balneum.
c .i. vtuoſos aut epilepticos hi nãqꝫ morbi caſus vocant: q̃ cadere cogunt.
d .i. epilepſia vel vertigo.
e Que interi⁹ ſũt
f Credo ꝙ h̃ deberet ſcribi gyrent: nã in vertigine ſpũs gyrãtur: ⁊ ideo videt̃ i ea oia q̃ſi i gyro moueri.
g Epilentia ⁊ vertigo.
h Acceſſia ſiũt. ſ.
i Al. hec itaqꝫ.
k .i. fracture cranei penetrantes faciũt etiaꝫ vertiginem.

## De epilepſia. Cap. LXI.

Epilepſie paſſio vna ex diuturnis paſſionibus eſt: ⁊ magna diligentia ⁊ ſollicitudine opus habet: ⁊ ſi neglecta fuerit ab initio ſepius cõmoritur qui hanc habet. Capitis enim eſt iſta paſſio vbi princeps omnium ſenſuuꝫ eſt intellectus. Quia ergo capitis eſt iſta paſſio manifeſtatur ex hoc qꝺ vident aut intelligunt: vnde nec memores eſſe poſſunt qui patiuntur: ſed omnis ab eis ſenſibilitas alienatur: ꝓpter qꝺ ⁊ epilepſia ipſa paſſio appellatur: quia obtinet omnem ſenſibilitateꝫ capitis captiuam. Vocant auteꝫ aly eam ⁊ hieronoxon ꝓpterea ꝙ ſacerdotali honore poſſideat templum. i. cerebruꝫ: vbi anima habitat: aly auteꝫ heracliuꝫ[l] vocant. ꝓpterea ꝙ fortis ſit: ⁊ non facile elidatur ipſa paſſio: ⁊ aly aliter eam vocãt. Sed nõ oportet ſcribere omnia: ſed illa que ad ipſaꝫ curationem expediũt hec ſola magis ſciri opꝫ. Hoc enim ⁊ tibi facere promiſimus.

l Ab hercule.

## Signa epilepſie. Cap. LXII.

Fit enim epilepſia trib⁹ modis: aut enim ſoluꝫ caput patitur: aut ex ſtomacho compatitur: aut ex alio aliquo membro patiente ad caput ipſas tranſmiſſa malitia compatitur. Qꝺ ſi ex ſtomacho fiat epilepſia ſigna hec ſunt: frequenter eniꝫ ſpaſmum patiuntur in ipſo ſtomacho: ⁊ tremor eſt ibi ⁊ mordicatio: ⁊ cõmotionẽ magis patiuntur epilepſie paſſionis quando contingit eos grauari a cibo nimio: aut ſi paruum acceperint cibuꝫ ſimiliter. Quibus aũt ex aliquo membro patiente ad caput initium ſumpſerit epilepſia manifeſte ſentiunt ipſius acceſſiones fieri ad caput: ⁊ pronuntiant qꝺ eis futuruꝫ erit ipſa acceſſione ad cerebrum veniente. Contingit auteꝫ hec paſſio infantibus: ⁊ maxime humidiorem naturam habẽtibus: propter qꝺ pedicon[m] eam aliqui vocant. Quibus autẽ de capite epilepſia fit: manifeſta ſunt hec eis ſigna: etenim grauantur ea que circa caput ſunt: ⁊ ante oculos obſcuritatem ⁊ caliginem patiuntur ⁊ grauitatem ſentiunt. Aliquibus etiam ex dolore nimio capitis hec cauſa conſurget: ſed ⁊ infantibus maxime contingit hec paſſio.

m A pedion q̃ eſt puer.

## Cura epilepſie. Cap. LXIII.

Initium facientes ⁊ nos curationum ab infantium neceſſe eſt etatibus inchoemus: nihil enim poteſt fieri qꝺ accipiat. Proficiente autẽ etate ⁊ calore augmentato ſufficit ſolus calor ad conſumendam humectationeꝫ capitis repletis ex ea ꝯcauitatibus ipſius. Quomodo ergo iuuari oporteat ⁊ ex nr̃a ſollicitudine gubernari poſſit: vt lac etiam nutricis eorum bonũ fiat ⁊ ſine aliqua ſit ſuperfluitate ordinandum eſt. Peſſimum enim eſt ſi lac ſit pingue ⁊ fetidum. Fit auteꝫ ſubtile ⁊ euchimũ ſi nutrix exerceatur quemadmodum ⁊ mediocriter exercitantur nutrices: ⁊ cibos accipiãt euchimos. Qꝺ ſi ſubtile fuerit lac: pinguius eniꝫ oportet mediocriter fieri. Si enim ſatis[n] fuerit quibuſdam appoſitis oportet ſubtile reddi: qualia ſunt feniculum ⁊ anhetuꝫ: aniſum: eruca: rutha: porrũ. Omnia iſta viridia ſunt aſſumenda: adhuc autem ⁊ recentia[o] aſſumi debent. Sicca aũt acriora[p] magis ſunt ⁊ amplius aperiunt menſtruorum poros: ⁊ matrix fluit ſanguinem[q] quo lactẽti nihil eſt peius. Modicum enim neceſſe eſt lac fiat ſanguine de venis fluente: propter qꝺ ⁊ lac plus ſit ſanguine manente in vẽtre. Propterea ⁊ nutrices a virorum coitu prohibende ſunt: ſubtile enim ⁊ male olens neceſſe eſt vt lac fiat. Si autem contingat vt ſe ingrauidetur[r] adhuc magis peſſimum eſt: ⁊ enim fugienda eſt talis nutrix ⁊ nullo modo permittenda eſt lactare infantem: ſed alia magis querenda eſt habens bonuꝫ lac. Cognoſcendum eſt igitur bonuꝫ lac ex colore ⁊ cõſtitutione ⁊ ſuba ⁊ odore. Albũ eni debet eẽ lac bonũ: ⁊ nihil habere in ſe liuidum aut mali odoris. Conſtitutione autem ſit neqꝫ tenue neqꝫ nimis pingue aut caſeatum. Qꝺ[s] enim tale lac generat in vberibus: ſolet maxime puerorum conſtipare neruos: propterea ⁊ vinum mediocriter ſubtile dare opꝫ[t]: ſic enim nutriendus eſt infans. Si adhuc ſuggit ꝓuideri oportet nutricem que bonum faciat lac. Nutrix in primis exerceatur mediocriter: deinde operetur manibus: ⁊ ſic manducet. ⁊ non lauet[u] frequenter: ſed nec poſt cibuꝫ aut potum lauet. Et cum lauerit ſtatim non bibat vinum ⁊ maxime puruꝫ: nihil enim eſt ei plus nociuum: ⁊ vngatur aut fricetur ante cibum ſemper. Poſt cibũ eniꝫ exercitium non ſolum talibus ſed ⁊ omnibus nocet. Oportet eniꝫ in fricatione primo a brachys incipere: deinde venire ad pectus ⁊ ad ventrem: poſtea ad coxas: ⁊ plurimum hoc faciendum eſt fortiter vt ex ipſa confricatione contrahatur calor. Deinde poſt omniuꝫ fortificationem membrorum etiam caput fricandum eſt: prius enim non opꝫ vt non in eo mox trahunt̃ oia. Exercitia aũt ⁊ fricationes faciens non mox proximetur frigido aeri. Sed expectandũ eſt vt eueniet̃ calor paulatim ⁊ ſpiritus: ⁊ ſic veniat ad conſueta ⁊ cibum accipiat competentem: ⁊ panem bene coctum ⁊ optime fermentatum ⁊ maxime in furno coctum. Aſſumat autem ex eo vnam aut duas vncias panis ⁊ non plus maxime ſi melãcholica aut cholica aut infantis

n .i. nimis.
o .i. recenter collecta.
p .i. acuta.
q .i. cum fluxu emittit.
r .i. impregnetur nutrix.
s Cibariuꝫ .ſ. ... poculũ nutri... exhibitũ vel ... ge que .i. num...
t Nutrici .ſ.
u .i. balneetur.



tẽperantia: in nimis feruente calida aqua habente coriãdrum. Hoc enim ſi comedat prohibebit humores aſcẽdere ad caput quod eſt maximũ adiutoriũ ⁊ prophilaticon[a] paſſioni. Ex oleribus auteꝫ manducet bletam magis autem calidam aut rapam cum porris mixtam: hec enim iuuare ſcias. Condimenta autem ipſarum ſint ex olei ſatis modico ⁊ ſale mediocriter aſperſo. De volatilibus autem manducet ex domeſticis gallinas. De ſylueſtribus faſianos: ſed non ſaginatos: ⁊ de anſeribus alas collum caput pedes ⁊ gantulas: ⁊ aues omnes preter eas que in paludibus aut aquis degunt: que omnia prohibenda ſunt. Jus etiam prohibenduꝫ eſt ad bibendum. Si auteꝫ indigeſtio aliqua fiat egrotanti aut inflatio vel tenſura ex ventoſitate ſpiritus in ventre admiſcenda ſunt. ix. grana piperis aut. xj. aut aniſum modice. De carnibus[b] xͦo bonum eſt nõ manducare ⁊ maxime porcina aut bubulina. Delectationis xͦo cauſa modice de his carnibus alys pro deſiderio accipiẽdum eſt ⁊ non pinguibus. Et apozima[c] magis q̃ ꝣima bibendum eſt: ipſa enim caro etiam in modica ſynapi intingenda eſt: ſed ⁊ ipſa[d] interdum prohibenda eſt. Nam daucum ⁊ cepas ſuadeo non manducandum. Neqꝫ ſiminion[e] quia plectoricus[f] eſt capiti. Apium autem omnino prohibendum eſt: ⁊ naturaliter ledit epilepticos. Piſces auteꝫ offerendi ſunt quales ſunt ſiſan merula turdus aut ſcorpion aut ſcaron. Pingues autem ⁊ pelagici prohibẽdi ſunt quales ſunt ſcrombus ⁊ pelamida. Omnes enim iſti nocent: pinguem ⁊ terrenum humorem congregantes. De fluuialibus[g] autem edant ⁊ magis de eis que vocantur anedorones. Et ipſis non ſatis vtantur frequẽter. Sed cũ oxymelle manducent̃ aut modico piperis. Hoc enim condimentum aufert pinguedinem ⁊ eius leſionem. Coclearum[h] autem appetitiones[i] omnino fugiende ſunt propter hoc ꝙ ſunt frigide ⁊ magis pingueꝫ poſſident: ⁊ faciunt humorem. Echinum[k] autem ſi manducare voluerint vt ex interuallo accipiãt: nihil ab re[l] eſt. Habet enim aliquid quo ⁊ ventris officium mouet: ⁊ aptus eſt ſtomacho ⁊ vrinã mouet. Accipi enim oportet ex aliqua calida proponia[m]: quale eſt abſinthiatum aut conditum. Sic eniꝫ abſqꝫ aliqua leſione efficitur. Carnes autem prohibende ſunt vſqꝫ ad perfectam ſanitatem ⁊ maxime porcina. Similiter aũt ⁊ legumina. Et q̃maxime lenticula. Cũqꝫ voluerit mãducare cicer aut alicaꝫ[n] ſimul coquant aut admiſceãt aliquid qꝺ ſubtiliet vt pulegium aut piper vt amputet ex ea pinguedinem humorum. Poma auteꝫ bonũ eſt eis fugere. Or ſi vtiqꝫ accipere voluerint ſanitatis cauſa modicum aſſumendum eſt: maxime poſt cibũ. Sic enim ſine leſione accipiuntur. Tragimata[o] autẽ multũ fugiẽda ſunt qualia ſunt nuces ⁊ dactyli. Piſtatia autem ⁊ vua ſuper cibos ⁊ maxime que aliquid in ſe ſtipticũ habent modicum danda ſunt. Nuclei[p] aũt vel que ab amigdalis ⁊ piſtatys a piſtoribus[q] fiunt non ſunt fugienda: habent enim hec quandam purgationem flegmatis. Verum autem quantum ad ipſam paſſionem fugere oportet: eius[r] enim vſus implet caput ⁊ maxime vetus[s]. Stomachi autem cauſa ⁊ quia adiuuat digeſtionem nihil eſt incõmodum mediocriter illud aſſumere. Proponie[t] autem raro ſunt aſſumende. Et ad hoc ſolum abſinthium eſt bonum. hoc enim ſcias ⁊ confortare ſtomachum ⁊ ſubtiliare ⁊ purgare ſi aliquid ſuperfluum in eo retentum inuenerit. Hoc eniꝫ modo dꝫ adeſcatio[u]: ⁊ dieta pueris ordinari.

a .i. cuſtoditiuuꝫ vel preſeruatiuum. Jañ.
b Nomine carnis carnes quadrupedũ itelligit.
c Apozima eſt decoctio cum melle ſyrupata: ſꝫ in hoc loco ꝣima eſt decoctio ſimplex non ſyrupata. Jañ.
d .ſ. ſynapis vel caro.
e Eſt herba ſilis apio lꝫ folia hꝫ latiora ⁊ ſbruſſa ⁊ q̃ſi pigua ſuauiter olẽtia cũ aliq̃ acrimonio ⁊ ramulos ⁊ capitelluꝫ vt anhetũ. Jañ.
f .i. repletiuus.
g Piſcibus .ſ.
h Coclea terrena eſt limatia: ſꝫ marina eſt cõcha vel oſtrea.
i .i. aſſumptiões.
k Piſcis quidã eſt q naui adhe rẽs ipaꝫ imobilẽ reddit. Pli.
l .i. procul a recto opere.
m .i. potiones.
n Alica gen⁹ frumẽtia ꝗbuſdã dicit̃ ⁊ ab alys ſpelta ab alys res artificialis ex aliquo grano facta. Jañ.
o Tragimata ſũt ea que comedũtur in ſecundis mẽſis vt fruct⁹ marie hñtes teſtas vt nuces ⁊ auelane. Jañ. ⁊ Gal. lib. de alimẽtis. tragemata ingt nomine que ꝑter cenam comedunt̃ gra delectationis q̃ eſt ad bibere.
p Amigdalaruꝫ ⁊ piſtarum.
q .i. apothecarys.
r .i. nuclei.
s Nucleus .ſ.
t .i. potiones.
u .i. cibatio.

## De apozimis ⁊ cataputys dandis. Cap. LXIIII.

Adiutoria autem miniſtranda ſũt hoc modo. Cum ergo ſurrexerit mane: ⁊ receſſus fecerit ventris: tunc offerende ſunt alique apozime[x] que ſubtilient. Hyems igitur ſi fuerit dabis apozimam que ſubtiliet vbi hyſſopus ſit decocta. Hoc enim magnifice iuuare poteſt: ⁊ multi hac apozima vtendo frequenter a totius egritudinis moleſtia ſunt liberati. Subtiliat enim quicũqꝫ ſunt glutinoſi aut ſpiſſi aut pingues humores: ⁊ non permittit neqꝫ in ſtomacho neqꝫ in thorace reſidere humorem. Nam aliud per vrinam aliud etiam per ventrem deducit optime. Hec ergo apozima accipiẽda eſt aut ipſa ſola tñ cocta cum aqua. Aut certe cum oxymelle dabis in hyeme coctam ⁊ magis in autumno. In eſtate xͦo rarius dandum eſt. Anhetum autem magis cum oxymelle: vt dictum eſt dabis. Si autem melancholicus fuerit qui patitur addẽs apozime epithimum propter quod poteſt hic bene ipſum humorem ſubtrahere.

x .i. potiones.

## De catarticis. Cap. LXV.

Si autem etate maior fuerit puer vt poſſit ferre catarticuꝫ purgabis cum catartico qꝺ flegmaticum ⁊ melancholicum humorem deponat. Teſtificatur eniꝫ a plurimis quod vera in tali paſſione talem educat humorem. Sed ad hanc cauſam non ſatis eſt operatiuum vel in etate iuuenili expediens. Calorem enim ipſius non ſuſtinet iuuenilis etas. Nam his qui medie etatis ſunt ⁊ fortes habentes virtutes ⁊ melancholici ſunt optime datur hiere potio. Melius eſt autem iuuenib⁹ epithimi dare modicum cum pigra ⁊ purget humorem ⁊ ſubtiliet. Et ſic purgabis antidoto theodoricon: quoniaꝫ ⁊ id bene poteſt purgare totuꝫ corpus. Dabis aũt ſic theodoricon. ℈. iiij. collogntide iterioris pulueris ſiliquas[y]. iij. aut iiij. aut amplius diagredy ſiliquas. v. ʒ. vj. aut ampli⁹ ſm virtutẽ infirmitatis vt ſit mediocris purgatio. Et multos ſcio qui ſolo hoc catartico dato perfecti⁹ ſanati ſunt. Or ſi adhuc maneat cacochimia vl' paſſio a me ꝯfectas cataputias dabis. Nõ enim ad hãc paſſionem ego forti⁹ inueni catarticũ his. Cõficiunt̃ aũt ſic aloes collogntide: ſcamonee: bdelly: ellebori nigri: corticꝗ gũmi. añ. ʒ. ſ. euforby. ʒ. j. nitri. ʒ. ſ. facies autẽ cataputias cum ſucco cauliũ: dabis aũt ſm virtutẽ infirmãtis. ℈. iij. aut. iiij. Maiorib⁹ aũt dabis. vj. Et ſi ampli⁹ dederis nihil nocebit. Hoc enim catarticũ ſine moleſtia cũ cautela purgat. Nõ ſolum aũt epilepticos ſcio iuuiſſe ſed ſcothomaticos ⁊ arteticos ⁊ podagricos curaſſe.

## De apoflegmatiſmis. Cap. LXVI.

Poſt hoc autẽ catarticum adhibẽdus eſt patienti apoflegmatiſmus[z] vt adhuc pingues ⁊ ſpiſſi ⁊ glutinoſi humores qui cõtinent̃ in capite ꝑ palatuꝫ deducant̃. Bene igit̃ eos mouẽt paſtilli maſticati q recipiunt hyſſopũ pulegiuꝫ aut piper. Adhuc aũt magis[⁊] ⁊ ana[ꝯ] gargariſm⁹ ſolus: qui recipit hyſſopũ. Adhuc etiã ⁊ pulegiũ ⁊ origanum modice ⁊ caricas[ꝫ]. vij. aut. ix. ⁊ hec ad tertias coques: ⁊ ſic ex ipſa coctione admiſcebis coclearia duo in calice vno de ſapa[aa] ⁊ tũc purgabis ante cibũ. Poſt hunc aũt apoflegmatiſmuꝫ prohibebis lauare[bb] in illa die quia multum nocebis ſi laueris.

y Siliqua eſt pondus. iiij. granorũ dictũ a ſemine alocartatici. Jañ.
z .i. deductio flegmatis a capite ꝑ os aut nares.
⁊ .i. ſurſum mouet humorẽ. nã ana q̃nqꝫ ꝓ ſurſum accipit̃ iuxta illꝺ greciſſe Quatuor ana notat re: ſurſuꝫ equaleꝗ rectũ. Vel refert hanc lfaꝫ: adhuc aũt magis ⁊ ana ad ꝑaphũ prioreꝫ: ita vt ſit ſenſus ꝙ adhuc magis volẽt hyſſopus ⁊ pulegiũ ⁊ piper ana .i. eq̃lr mixte q̃ ſcorſũ quelꝫ hax medicinarum.
ꝯ In alio ſauat.
ꝫ .i. ficus ſiccas.
aa Eſt muſtũ coctũ vſqꝫ ad conſumptionẽ duarum partium ⁊ dꝫ triplicatum.
bb .i. balneari.

De vomitu. Cap. LXVII.

Poſt hanc aũt purgationẽ capitis expedit vomitibus exagitari corpus. Etenim vomit⁹ euacuat collectos humores per ſingulos dies ꝛ non permittit eos ↄgregari. Utiles q̃dẽ ſũt ante cibũ: vtiliores aũt ſũt poſt cibũ. Et adhuc magis ſi ex raffanis fiãt ꝛ pinguib⁹ cibis ꝛ fermẽtoſis ꝛ dulcib⁹ cibis ꝛ ebrietate. Hec eniz ſic opz agere in oĩbus epilepticis.

Si de ſtomacho epilepſia fiat. Cap. LXVIII.

Quod ſi ſtomachus fuerit paſſus ꝛ ex eo orta fuerit epilepſia: cõtẽplandũ erit qualis generatus eſt in eo humor. Si quidem cholericus humor fuerit: oportet hoc fieri vt nõ permittat̃ ibidem cetera generari cholera ex abſinthij herbe potatione vel ex ea potione que dicit̃ pigra. Et accipere eũ iube panem infuſum in calida aqua prima hora paꝝ plus: ſecũda minus aut tertia. Et vt ſimplr̃ dicã q̄bus eſt in ſtomacho gñatus humor aut cõgregatus flauus [a] cholericus humor ꝛ exinde caput repletur neceſſe eſt eis vniuerſos tẽperatos dari cibos ꝛ nihil habentes acrũ [b] aut pingue aut olei min⁹ habẽtes aut ſalſuz. Hoc ergo ſi cholera moleſtent̃ eſt dandũ. Si aũt frigidus .i. flegmaticus humor in ſtomacho fuerit cõgregatus ꝛ exinde leſo capite epilepticus fiat ꝛ his ſpaſmuz inferat: ſuadeo vt nõ ſatis [c] calidis ꝛ cõfortatiuis fieri ꝓuidẽtiaz. Ut primo embroce ſtomacho adhibeant̃. Scđo aũt aut tertio mẽſe cũ oleo maxime glucino [d] ꝛ abſinthio admiſcẽs etiã ꝛ ſtoracem ꝛ maſticẽ hoc eniz ꝛ adhuc magis calefacit frigorẽ ꝛ corroborat imbecillia ꝛ digeſtionẽ bonaz preſtat: quo nihil eſt melius in oĩbus paſſionibus maxime aũt epilepticis.

Si ex aliquo mẽbro fiat epilepſia. Cap. LXIX.

Si autem neqȝ de ſtõcho neqȝ de capite initium epilepſie fiat: cõtemplandũ eſt ne forte ab alio loco vel mẽbro initiũ ſumat. Comprehẽdũtur enim aliq̃ in pollice: alij etiã a ventriculis tibiarum: aut certe ab alio mẽbro cõmotio fit paſſionis. Et ſi tibi aliquid tale apparuerit in aliq̃ parte maxime ꝓuidendum eſt totius partis adhibere curationem. Ego quidẽ vidi quẽdam lectionarium incurriſſe hanc paſſionẽ: qui dicebat ꝙ quãdo ei ↄtingebat fieri a pollice ſibi ſentiebat venire ꝛ quaſi aura aliqua frigida vſqȝ ad cerebrũ percurrebat. Purgaui ergo euz in primis flegmatico ꝛ melancholico catartico: ꝛ ex cataputijs ſupraſcriptis. Et poſui in ipſis patiẽtibus membris que trahere ꝛ extenuare ꝛ calefacẽ locuz poſſent: vt per ſudorẽ ꝛ humectationez aliquã manifeſta ꝛ nõ parua fieret effuſio ex ipſo loco. Hec enim nobis agentibus ſanus fact⁹ eſt iuuenis. Erat aũt qđ poſui ei adiutorium: vnde ꝛ ſanatus eſt alipiados [e] herba. Faciunt autem ꝛ alia aliqua talia. Sed nulla ſit quomodo iſta herba. Poſt hãc aũt curationẽ vomitus ꝛ apoflegmatiſmos [f] adhibui. Et paleſtra exercere feci ꝛ geſtari ꝛ maxime ante cibũ. Geſtari aũt nõ ſoluz pedibus ſed ꝛ cũ caballo. Primum quidẽ mitius: poſtea vo fortius. Sit aũt mẽſura exercitationis aut geſtationis reſpiratio his [g] ſpiſſã facta. Quãdo enim frequens vel ſpiſſus anhelitus fuerit non amplius geſtandũ erit. Poſt hec aũt exercitia balneo neceſſe eſt vti ex dulci aq̃ facto ſꝫ non ſatis frequenter niſi ſemel aut bis in hebdomada ꝛ ante cibũ magis q̃ꝫ poſt cibũ. In aere aũt nõ morari opꝫ: ſꝫ ꝛ cũ ſitula calidã aquã in ſtomacho ꝛ coxis plurimam ſuperfundens. Super caput aũt non ſatis mittes. Et vnges totũ corpus oleo ꝛ fricabis bene. Caput vo mediocriter. Et ſi ingrediatur in ſolum non ſatis intingat aq̃ caput ſed bis aut ter tm̃. Deinde in piſcinã deſcẽdat. Prius aũt infundat caput modica aqua ꝛ ſic deſcendat vt neqȝ rapiat neqȝ ſuſcipiat de omni corpe aſcendentes vapores ſabanis circũdatum caput. Itez ſuſcipiat aquã patiens in manus ſuas ꝛ ſpergat in faciem ſuam. Poſt balneũ aũt fugienda eſt mox potio vini ꝛ maxime purum .i. meratum. Nam meratũ ꝓhiberi oportet in potione vinuz epilepticis bibere. Hec enim ſic oportet agi ꝛ ſic dietam dari: non ſolum pueris ſed etiam mediam etatem habẽtibus aut ſenibus.

a .i.citrinus.
b .i.acutum.
c .i.nimis.
d Dicit Iañ. ꝙ olim glaucinuz apud Alexandrũ nõ eſt id qđ glaucinuz .i. memithe recipit: immo ẽ quoddaz oleũ qđ inenit in quodã antidotario antiq.
e .i.laureola vel megereon.
f .i.gargariſmos ꝛ caputpurgia deponentia flegma a capite.
g .i.frequens.

De diuturna paſſione epilepſie. Cap. LXX.

Si autez diuturna fuerit paſſio ꝛ incõmoda [h]: vt contemnat leuiora adiutoria: tunc qđ amplius ſubtiliare poteſt ꝛ recuperare [i] vl' amputare totã paſſionem hoc vteris medicamine: qđ. ℞. elleborum album. Conficies aũt catarticum ſic baccarum lauri purgatarum. ℈. viij. piperis albi. ℈. ix. alliplados [k]. ℈. viij. in alio. ʒ. viij. euforbij. ʒ. viij. ellebori leuci [l]. ʒ. viij. hec omnia tundes ꝛ cernes ꝛ penſabis [m] vnamquãqȝ ſpeciem ſicut ſcriptum eſt ꝛ dabis de his omnibus vnã doſim. Dabis aũt in apoçima [n] quaz cõfeceris in colloquintida integra facies autem ſic accipiens in colloquintidam integram aperies. Et mũdabis eaz prius bene vt nil intus remaneat neqȝ ſemen neqȝ lanugo ꝛ implebis eam de ſapa [o] ꝛ pones eaz ſuper cineres calidos ꝛ dimittes eam ibi a veſpere vſqȝ mane tota nocte permanere: ꝛ ſic dabis. Hoc eniz maximum adiutorium eſt ꝛ multũ vomitus facit: ꝛ purgat ſatis pingues ꝛ glutinoſos humores. Propter qđ adiuuari debent in vomitu quãdo nauſeam patiũtur vt detur eis ad ſorbendũ modicum de mulſa [p]. Et ſi nihil iuuant̃ [q] in nauſeando vt vomant pennis intinctis in oleo miſſis in ore ꝓuocabis vomitum ꝛ offeres magis mulſam adhuc: ſic enim facilius liberabunt̃ a periculo [r]. Poſt catarticũ autem panis dabis modicũ infuſi in vino [s] mulſo. Prohibebis aũt balneum vſqȝ vnã vel alteraz diẽ. Sciri aũt oportet ꝙ his qui ſtomachũ imbecillem habent: ꝛ bene cito ſenſibilem nõ oportet elleborum albũ mittere in iſto catartico: ſed magis nigrum. Erit autem ſic datum vtile ꝛ ſine aliqua purgabit moleſtia: cum nõ violenter inferat vomitum. Ego aũt ꝛ hierã multis dedi ad purgãdũ purã per aliquot dies. Similiter aũt ꝛ lutum [t] armenicum. Dedi etiam de catartico luti [v] armenici. iij. ℈. ꝛ iuuatus eſt multũ: ꝛ non inuenit̃ huic melior potio que ſic poſſit diuturnis paſſionib⁹ epilepſie ſuccurrere ſicut lutus [x] armenicus: q2 multos ex hoc cartatico ſcio eſſe ſanatos iſto ſolo. ſ. tm̃ accepto. Sed ꝛ ab alijs multis ſimilr̃ probatum eſſe ſcimus: poſt autem iſta catartica antidota aliqua dedimus que recorporare [y] ꝛ extenuare humores poſſint quale eſt hermoclimax [z] qđ dĩ aſcẽdẽs aut tyriaca. Sed hec q̄dẽ multas ſpẽs recipiũt ꝛ difficile inueniunt̃. In hac igit̃ alia cã ſimplex eſt ꝛ qđ facile põt inueniri ſil' ꝛ fortiſſimũ eſt: ꝛ magnifice ad ipſaz ꝓficit cãm pyretri radix trita ꝛ triconiçata cũ melle vt electuarium cõpoſita. Dabis aũt exinde coclearium vnum ex interuallo vſqȝ ad vndecimũ diẽ. Probatũ eniz eſt hoc adiutoriũ ꝛ nõ eſt cõtẽnendũ. Hec quidẽ oĩa ſufficiunt de epilepticis nos dixiſſe que ꝛ nos ſcimus ꝛ per

h .i.difficilis ꝛ inepta curationi.
i .i. ſibi attrahẽ.
k .i.laureole vel meçerion.
l .i.albi.
m .i.põderabis.
n .i.decoctione.
o .i.vino cocto vſqȝ ad ↄſumptionẽ duarum partium.
p Mulſa ẽꝫ dioſcoridem fit ex duab⁹ ptib⁹ aq̄ ꝛ vna mellis.
q Per mulſam.
r Medicine vomice pdicte q̄ multum violẽta eſt.
s .i. confectio ex duab⁹ ptib⁹ vini ꝛ vna mellis.
t .i.lapidem.
v .i.lapidis.
x .i.lapis.
y .i. inſpiſſare ꝛ ↄfortare mẽbra ꝛ tẽperare complexionem.
z Eſt medicina magne cõpoſitionis ſicut mitridatum.



longum ſpatium tam a nobis q̃ꝫ ab amicis noſtris vel ab antiquis probata ſunt.

De phyſicis ligaturis ad epilepticos. Cap. LXXI.

Quoniã aũt ꝛ phyſicas [a] ligaturas multi circa ſe habere amant ꝛ querunt talibus vti: ꝛ q2 multa in veritate ſunt ad hoc valẽtia exiſtimaui. De his aliq̃ dicere que manifeſta ſunt apud nos vel que ꝓbata eſſe cognouimus: ꝛ que poſſunt patiẽtib⁹ ſubuenire. Archigenes igit̃ in cathagenis [b] precepit ſic dicẽs: poſt cõmotionẽ corporis ↄſtringere opꝫ oẽs partes queadmodũ in periodicis horrorẽ aut frigus patiẽtib⁹ totius corporis mẽbra oleo perunges: infundimus manibus recta facientes que ſe torſerũt mẽbra ꝛ mediocriter malaxamus [c] oculos eoꝝ ad quietudinẽ ducentes: deinde flobothomamus eũ de brachio aut ſupra manũ. Cũ ergo pauſauerit vngendus eſt totus ꝛ calefaciẽdus pannis: caput multo oleo non calido infundens. Si aũt a cataphora [d] epilepticus fiat mittens in ſindonem aut aliũ pãnum iubebis eum agitari. Secãs aũt qualez volueris partẽ mẽbri ipſius patientis: ex eo ſanguine linies os eius ꝛ ſurget poſt paroxiſmum factum.

Quõ cognoſces epilepticos. Cap. LXXII.

Cognoſces aũt ſic: capre pelle cooperi patiẽtẽ: ꝛ in marina aq̄ intinge: cadet enim mox. Aut lana eũ catacephalis [e]. Cornu capre ſuffumiga nares ꝛ cadet. Silr̃ faciet ꝛ gagatas [f] lapis adiunctus prius igni ꝛ nari appoſitus: cadet enim mox. Itẽ ex alio auctore prenoſticato ſmirnis [g] modicũ impones in narib⁹ ꝛ cõfeſtim cadet. Apollonius aũt euperiſton [h] ſi ſanari poteſt ait aut non [i] epilepticus. Si enim ceciderit appones thimuz eius naribus ꝛ ſiquidẽ ſit analepſia [k] ſanabitur: ſinaũt nõ ſanabit̃. Itez ad cognoſcẽdum epilepſiam ꝛ hoc dicit̃ virides ſub lingua eoꝝ inueniunt̃ vene in q̄nquageſimo octauo titulo Theodorus. Epileptico aũt cadẽte ſi de maioribus digitis peduz eius ſanguinem tollas ꝛ linias labia eius ꝛ frontẽ: mox ſurget. Apollo vo dixit dari debere ſanguinẽ ipſuz in potatione. A vino aũt abſtinendũ eſt. Hoc autez ꝛ apud Exonocrate: ꝛ hoc aũt mirabilr̃ fit: in pullis hyrũdinũ inciſis inueniunt̃ lapides duo quoꝝ vnus rubeus eſt. alius vo albus: albus igit̃ cadenti epileptico appoſitus eleuabit eum. rubeus aũt acceptus ligat̃ in pelle ꝛ appẽditur ꝛ iuuare dicit̃. Hos aũt lapides dicit̃ dare hyrundo ꝓmario [l] vni eoꝝ [m] qđ nõ ab alijs inuentum eſt: niſi per anathomicos in filijs eorum. Aliud ad hoc ipſuz cameleontã [n] accipies coques in oleo donec pinguefiat oleũ. Et cocto aũt animali eliges oſſa ei⁹ ꝛ pones in loco vbi ſol nõ accedat: ꝛ duz ceciderit epilepticus recolliges [o] eum ſupra ventrẽ inungẽs de prefato oleo in dorſo vbi nerui ſunt vſqȝ ad p̄mũ ſpondilez ꝛ mox ſurget ℥ ſepties facies ꝛ oĩno liberabit̃. oleũ aũt repones i buxide [p]. Alij aũt dicũt epilepticos agnitos curari opꝫ ẽm qđ dixit Archigenes: in oĩbus cibis quos accidũt aqua eſt ponẽda. Carnes vo ꝓhibende ſunt: ꝛ cõmixtio mulierũ vitãda eſt ꝛ inunctiones aſſiduãde ſunt al's aſſumende. Itẽ aliud muſtele epar ſine felle cum aque media cotila [q] potui dabis ieiuno per tres dies ꝛ liberabit̃ patiens. Dicũt aũt aliqui fulicã [r] auem vſtam ſi dederis in potione liberabuntur patiẽtes: ꝛ hoc Archigenes dixit. Itẽ aliđ canẽ clauſum diebus quatuordecim oſſa ſola facies mãducare: q̄ntodecimo aũt die qđ inueneris albũ de fimo canis vſtulabis ꝛ dabis per dies q̄nqȝ coclearia duo ad bibendũ. Accepi aũt ꝛ hoc in tuſcia a ruſtico quodaz dicente aliquẽ fuiſſe liberatũ. Tritam eniz habebat ſyluaticã ruthã in agro: ꝛ cum ſeruus eius lunaticus corã eo cecidiſſet plenus meſticia rhutã tulit ꝛ contritã naribus eius impoſuit ꝛ ſurrexit ſanus. experimentatuz eſt idẽ ꝛ in alijs ꝛ liberati ſunt: ꝛ ego ſepius ita curaui. mirabile ergo ꝛ ꝑcipuũ eſt ꝛ erit tibi hoc pro magno. Itẽ aliđ i q̄nq̄geſimo octauo titulo Theodor⁹ muſcien⁹ ad epilepticos ſtaphiſagrie. ʒ. viij. caſtorei. ʒ. iiij. opopencedani [s]. ʒ. ij. pyretri. ʒ. ij. ſtaphiſagriã aũt tundes ꝛ in veſica ouis vel capre vrina adhuc plena exiſtẽte vel quãtuz habuerit mittes: ꝛ cũ facta fuerit ſicca tũdes ꝛ cernes ꝛ alijs admiſcebis: ꝛ inde dabis in mulſa ẽm vtutẽ patiẽtis. Itẽ aliđ mirabile qđ accepi a Chirteſeo ruſtico vrinã apri ſyluatici appẽdẽs cũ ipſa veſica ad fũmũ dimittes ſiccari ꝛ dabis ex ea ad fabe magnitudinẽ ꝑ dies. ix. in oxyme. Itẽ aliđ qđ accepi in gallia: galli teſticulos ſiccos dabis bibere cũ lacte ꝛ aq̄ patienti ieiuno. Et hoc facies per dies q̄nqȝ ꝛ obſeruabit ſe a vino. Itẽ aliud pãnum ſanguinolẽtũ tolles vbi monomachia [t] ſit ꝛ occiſo homine incẽdes ꝛ cinerẽ ex eo miſcens cũ vino dabis per dies ſeptẽ ad liberandũ ꝛ liberabit̃. hoc enim experimẽtatũ eſt a multis maxime a militibus. Dicit eniz Orpheus ſi ſtrigni [v] radicẽ colligis deficiente luna tundẽs ꝛ dederis ad bibenduz eam prima quidẽ die potionẽ vnaz: item duas: deinde iij. ꝛ poſtea duplicẽ vſqȝ in dies q̄ndecim anadoſim [x] miſticũ eſt ꝛ a multis laudat̃. In Hiſpania aũt ad epilepticos hoc accepi. teſtã aſini diligẽter vſtulabis ꝛ tũdes ꝛ cernes ꝛ in buxide repones: q̃n aũtẽ opus fuerit dabis. ʒ. j. cum aque cotila [y] vna. Anteq̃ꝫ g̃ des medicamen herbã ſauinã ſolam ſoluẽs dabis bibẽdũ ex ea. ʒ. iij. cum aque cotila vna bis aere lucido exiſtente ieiuno duobus dieb⁹. Si aũt ſubnubilus eſt dies modicũ pretermiſſis diebus dabis ex ipſa teſta aſini. prius vo q̃ꝫ aliq̄d ex predictis des purgabis caput patiẽtis per dies. iij. ex hoc medicamine. ſtaphiſagrie. ʒ. iij. pyretri. ʒ. ij. ſalis armoniaci. ʒ. j. tundes ꝛ facies pulueres ꝛ dabis ad maſticandum ꝛ dimittes currere humorez: mirabiliſſimum enim eſt.

De ligaturis Archigenis. Cap. LXXIII.

Archigenes talem faciebat ligaturã ſicut ꝛ Aſclepiades. Flon [a] ideſt aurũ in brachio patiẽtis appẽde ꝛ liberabit̃. Stanoſmodus [b] dixit corallum ꝛ gliciſidẽ [c] ꝛ ſtrigni radicẽ [d] collectã luna deſcendente: liga in pãno lineo ꝛ appende.

Quid cauendũ eſt epilepticis. Cap. LXXIIII.

Nihilominus etiam ad cuſtodiaz que vitare debẽt epileptici a nobis ordinandũ eſt. Maxime enĩ euitare debẽt indigeſtionẽ quaſi magnũ malum ꝛ de cena ꝛ prãdio. Indigõnis nãqȝ ſuſpitionẽ habens patiẽs nihil edat nimis. indigeſtio eniz grauatio cibi eſt: ꝛ cholerũ motio. Obſeruandũ eſt etiam ne bibant mox poſt balneũ: ſicut diximus ꝛ maxime vinoſum .i. purum vinũ: ꝛ maxime vetuſtũ vinũ ꝛ ſatis [e] nouellũ ꝛ auſterũ ꝛ ſtipticũ. ꝛ lac ne bibãt nec caſeũ manducent: ꝛ ſi quid opere piſtorio fiat de lacte. Fugienda enĩ ſunt ꝛ que mali odoris ſunt oĩa ꝛ que omnino diuturna [f] ſunt in locis talibus. Odores thimiamatũ [g] nimium habentium odorem: ꝛ ex alto reſpectus q̃ꝫ plurimus: ꝛ veſtimentorum nimia coopertura: ꝛ calefactio capitis: ꝛ in ſole ne diu perdurẽt: aut vbi ignis eſt multus: ꝛ in balneo ne moras faciant: ꝛ ne calida aqua

a Phyſice ligature dicũtur de qb⁹ rõ reddi nõ põt.
b .i.lib.gal.õ emplaſtris.
c .i.mollificam⁹.
d Cataphora eſt epilepſia q̃ fit a membro iferiori aliquo Iañ.
e .i.capite iclinato.
f Lapis ẽ niger natus in aq̄ gallice gaget.
g .i.myrre.
h .i.bona inuentio Iañ.
i Põt ſanari.
k Eſt ſpẽs epilepſie cuius cã eſt in ſtomacho Iañ.
l .i.primario pullo.
m .i.pulloꝝ.
n .i.caſtorẽ.
o .i.reuolues.
p .i.pixide.
q Cotila eſt pondus .ix. vnciaꝝ.
r Fulica eſt auis nigra aquatica de gñe mergorũ anate minor in mari ꝛ circa ſtagna habitãs: gaudẽs tẽpeſtate: ꝛ mergens ſe tũc in ꝓfundũ.
s .i.ſucci feniculi porcini.
t Monomachia interptat̃ duellũ a monos ꝙ eſt vnus ꝛ machia pugna q̃ſi pugna vni⁹ ad alterum.
v .i.morelle.
x Anadoſis ẽ reductõ ſeu diſtributio Iañ. ſed anadoſis hic ẽ eq̃lis doſis. naz ana q̃nqȝ ẽ idẽ ꝙ equale. iuxta illud greciſte. Quatuor ana notat. re. ſurſuz eq̃leqȝ rectum.
y Eſt põdus .ix. vnciarum.
a Flon aurũ pur dicitur.
b Medicus.
c .i.pioniam.
d .i.Morelle.
e .i.nimis.
f .i.diu ſteterint.
g .i.aromaticoꝝ.

diu lauent caput. Et indigeſti lauare prohibendi ſunt ꝛ poſt cibū aut poſt dulces aliquos cibos aſſumptos. Etenim hec acceſſiones cōmouēt paſſionū: ꝛ maxime in quibus flaua cholera poſſidet ſtōchū. Iſtis eni tēperate cōueniūt diete: nō ea preſumēdo que poſſint congregare flegmaticos humores: ſed ea que extenuare poſſint ꝛ calefacere flegma aut cholerā. Hec eni ſi aliquis diligenter obſeruet nō opus habebit aliquo alio adiutorio: ꝛ maxime in doloribus[a] aliqua periculoſa inferentibus. Interdū enim patiunt̄ artinothomias[b] ꝛ anacroſes[c] ꝛ cauteria ꝛ alia multa que ad penā pertinent magis q̄ ad curandam ipſam paſſionem.

a Adiutorio.ſ.
b .i. arteriarum inciſiones
c .i. oſſiuz fiſſuras: qdā.n. epilepſia ꝯſuleruñt pforaſ craneū.

De melancholia. Cap. LXXV.

NOn vna eſt cauſa melācholie neq; vn⁹ humor: ex quo ipſa paſſio gñat̄ ſed plies: ꝛ altera ex altero mutat̄. Unde tales neq; ſilīa patiunt̄ ſynthomata neq; ſimiles habent motiones phantaſie: ſed quidā eoꝝ ſemper ridēt ꝛ cum hilaritate eis phātaſie fiūt. Aliqbus etiā cum furore ſilr vt freneticis: aliquibus etiā cū triſtitia multa vt nihil oino loquant̄: ꝛ ſimiles exiſtiment̄ multis. Alij aūt ꝛ glorias ſe dicunt habere aliquas: aliq etiam predicūt futura: alij amant mortē: aliqui timēt: ꝛ aliq habēt declinationē[d] ꝛ in aliquibus tēporib⁹ vt ꝯſueto hoc ipſum tēpore patiunt̄: alij aūt ſemꝑ hoc patiunt̄. Non ſoluz aūt ſic differunt ſm multimodas cōmotiones ſupueniētes eis ſynthomatū: ſed ꝛ ſm locoꝝ paſſionē. Quidā enim eoruz in ſolo habēt cerebro paſſionē: alij aūt per omne corpus patiunt̄: alij vō in ſolo vētre ꝛ hypocūdrijs patiunt̄. Supeſt ergo ꝛ cauſas vel quot differētie ſunt melancholie diligēter ꝓuidere: ꝛ que loca patiunt̄ ꝛ quales ſunt acceſſiones ꝛ quales moleſtie melīe ſunt diligenter ꝓuidere: ꝛ quales moleſtie ſunt ſynthomatuz qui amant medicine exercere artē ſcire vnāquāq; cauſaz: vel vnde ſit intelligere debere. Cognitiones ergo ꝛ ſigna eoꝝ diligenter perquirenda a nobis ſunt ſine quibus paſſio nulla bene curari poteſt: nec perfectius poſſunt euadere paſſionem.

d Sui morbi ita q̄ eſt interpolatus.

Signa ſi ex plenitudine ſanguinis fiat melancholia. Cap. LXXVI.

PRimo ergo in ipſis prouidendis cognitionibus cōtēplāda eſt tēperantia[e] infirmātis. Scimus enim q̄ a hi qui piloſi magis ꝛ nigri ſūt colore ꝛ tenues habitudine facilius cōprehendunt̄ melīa q̄ illi qui albo colore ꝛ habitudine ſunt pingues. Naz qui ꝛ magis cōmouent̄ media ſunt etate ꝛ q tenui dieta vtunt̄: ꝛ iracūdi ꝛ ſolliciti ꝛ qui in triſtitijs amplius vitā degunt. Interrogari etiam opz adhuc ne forſitan aliqua retētio ſit cōſuete eūonis vt in viris hemorroidarū ſolēnitates[f]: in mulieribus mēſtruoꝝum purgatio deneget̄. Et ſi in toto corpore grauitas inſueta eſt. Attendendus eſt etiam vultus ſi rubior eſt. Et vene ſi plene ꝛ inflate apparent. Harū aūt exiſtēte plenitudine ſanguinis abundantiā neceſſe erit exiſtimari vt ex eo vapores in caput aſcēdant. Si aūt ꝛ declinatio quedam phantaſie ſit vt cōſueta opera in aliqbus tēporibus faciāt: adhuc magis exiſtimandū eſt ex anathimaſi[g] eos ſanguinei humoris naſcentias[h] habere: ꝛ cerebro patiente melancholie generari ſpecies: ꝛ patitur[i] quidez ſimilia eis quos ſubuſtiuos[k] contingit habere oculos. Or ſi cuz riſu phantaſie accidunt cognoſce nō multum cacochimū eſſe humorem ꝛ acrum vel mordicantem ſed ſola quantitate nocere.

e .i. complexio.
f .i. ſolite eūones.
g .i. euaporatione ſeu ſurſum eleuatione. ian.
h .i. pncipia morbi.
i Cerebrū.ſ.
k .i. ſubrubeos.

De cura melancholie. Cap. LXXVII

SI igitur cognoueris ex plenitudine ſanguinis quēpiā moleſtari ꝛ eius vapore fieri melancholiā: ſicut diximus ſolū turbulentū animalē ſpiritū talem mouentē phantaſiaz: ante oia non neceſſe eſt aliquas alias curationes adhiberi niſi tm̄modo ſanguinis detractionē ꝑ cōpetētia fieri loca: ꝓlōgari eniz in hac paſſione hāc curā nō opz: ſed nec aliqua dilatio dāda eſt. Or ſi celerius ſanguinis detractio nō adhibeat̄ diutius ibidez reſidens cauſa cerebri mutat naturā ꝓlōgata paſſione. Sed ſi cōſtipati[l] fuerint interius vētres cerebri paſſio permanebit: nā de preſenti ſi adhibeat̄ curatio anteq̄ cerebri trāſmutet̄ ſubſtātias citius liberabunt̄. In paucis igit̄ dieb⁹ bonis ſuccis ꝛ tēperatis cibis nutriēdus eſt egrotus. Nullo modo aūt ꝯcedēde ſunt carnes vel qcqd ſanguinez gñare pōt exhibēduz eſt. Sed accedēdū eſt ad euacuationē ſanguinis ꝛ ſm robur virtutis queadmodū als quātū exiſtimaueris facere mox auferes. Seplus enim ſubitanea ꝛ multa de ſemel euacuatio euacuationē aliquā facit. i. aſcēdentes vapores amputat. Or ſi non poterit de ſemel multa fieri euacuatio: neceſſe erit tūc non ſemel ſolū ſed bis ter vel ſepius inquātū expedierit paulatim ſanguinē auferri. Or ſi ex brachio virtus ꝛ etas nō permittāt ſanguinē auferri: tentari opz de naribus aut manib⁹ aut pedibus aut tibijs aut ſecus pollicis digitū facere detractionez. Et maxime hoc opz agere in muliebri corpore etenim mēſtrua ꝓuocat. Cum ergo nō manifeſtas inueneris in brachio venas ſubiacētes ſupradictis locis: oportet tunc incidi venas. Euacuatio igit̄ ſola ſanguinis eſt neceſſaria in iſta ſupradicta paſſione. Nihil eniz in hac re vtilius q̄ detractio ſanguinis: quoniā omnia[m] cōmunicant ſibi quemadmodum[n] Hippo. docens dixit voce[o] magna concurſus vnus ꝛ cōſenſus vnus: ideſt omnia mēbra ſimul cōpatiunt̄ vel quicqd eſt in hoie[p] cum vnū membrum fuit paſſum. Si aūt nō ſoluz vapor ſed ꝛ ſanguinis humor cōſtrictus vel conſtipatus fuerit in cerebro: tunc ſecurus citius in frontem venā incides. Poſtea enim cum totius corporis euacuationez feceris: ad localem ſi acceſſeris iam curationez nihil nocebit. Sine eūone aūt toti⁹ corporis ſi localē volueris adhibere medicinā: ledes magis q̄ iuuabis. ad patientē locū māz attrahēs. Sic eniz curari opz quib⁹ ex ſola plenitudine ſanguis melīca fuerit paſſio ꝛ nōdū manifeſta ē trāſmutatio[q].

l .i. ibibiti ꝛ corrupti melācholico humore.
m Membra.ſ.
n .ſ. euacuatione ſanguinis: vel q̄ pōt ſibi. i. cerebro.
o .i. ſermone acentico.
p .i. patitur. a.
q In ſuba cerebri: ꝛ ita q̄ in hūs ſit himar

Si ex cholerico humore melācholia aut mania fuerit facta. Cap. LXXVIII.

SI aūt ex mordicāte ꝛ acro[r] aut cholīco humore in melīcū diſcoctus aut diſtēperatus trāſierit ꝛ videat̄ hoc tibi pati ſanguis: nō adhuc cū riſu iſti phantaſias hñt: ſ3 e3rio peſſime eis ꝛ maniados[s] ſatis acceſſiones fiūt. Propter qō opz feſtinare ꝛ incidē inchoātē paſſionē. diuturna eni ꝛ mutata nā ipſi⁹ in peius incurabilis pene efficit̄ ꝛ nō melioꝛat̄: ſ3 remanet talis: ꝛ ꝑ tēpora circuitus ipſa paſſio fit. Nō eni aliqd aliud eſſe videt̄ mania aut extēſa melācholia: niſi q̄ per dicta cognitione[t] qcquid cogitauerit agit ꝛ loquitur.

r .i. acuto.
s .i. inſani maniaci. Jañ.
t .i. cogitatione.

Si ex acredine ꝛ mordicatione cholīca aut ex qualitate ſanguis melīa fiat. Cap. LXXIX.

COgnoſces aūt iam non vapores eſſe ſanguinis qui cerebrū petāt vel cholīci humoris: ſ3 melīa cuz acredine ꝛ mordicatione occupatum neceſſe eſt vt cerebrū teneat: ex qua etiā ante diximus q̄ iracūdi ſunt ꝛ furioſi: ꝛ iā nō videat ex ſanguie hoc fieri. Si aūt ſit nā calidus ꝛ ſiccus ꝛ etatis ſit medie ꝛ cibo quo vſus eſt calidior fuerit ꝛ acrior[a]: ꝛ ipſe aer calidus fuerit ꝛ ſicc⁹ manifeſte indicat tibi ex cholerico humore trāſlatū eſſe ſanguinē in melancholicū. Mouent eniz indifferēter humores ꝛ alter ex altero ſuſcipit qualitates. Cholerici igit̄ humores ꝑmutant̄ aut per longū ieiuniū: aut ꝑ ſalſos ꝛ acros cibos frequēter acceptos: aut ex diuturna ſollicitudine. Sāguinis vō humores ꝑficiunt amplius aut ex multo vini vſu: aut ꝑ aliquos qui multū nutriūt cibos acceptos: ꝛ ſi balneis vſus[b] in tpe ſuo nō ſit. Ex his duos[c] cōtingit augmētari humores. ex vtriſq; ergo efficiunt̄ humoꝝ ſinthomata. Modo enim ridēt nunc aſpere loquunt̄ ꝛ alij ex alio agitant ꝛ iterū regeſcūt: ꝑoſt acceſſiões habet queadmodū ꝛ in tipicis[d] paſſionibus fit. Cū eniz humore repletū fuerit cerebrū, vel minoratum ſic lenimentum aut dimiſſio aut acceſſio fit.

a .i. acutos.
b Siccis.ſ.
c .ſ. cholera ꝛ ſanguine.
d .i. interpolatis febribus.

Curatio ſi ex acredine aut humore cholerico paſſio fuerit generata. Cap. LXXX.

SI ergo ex oib⁹ que diximus ſignis ꝛ ex ꝑmixtis choleri⁹ ſanguini in venis exiſtimaueris paſſionē fuiſſe generatā ad euandū talē humorē ꝑperandū eſt vt ꝑus ſanguinis fiat detractio. deinde purgabis eū catartico cōpetēti. Tēperato aūt cibo ꝛ humidiore nutrito dabis colagogū[e] catarticū. ſic eni cholerici humor de cerebro euacuat ꝛ facilius obedit medicamini. ꝛ ita virtus catartici protrahit[f] virtute ipſius[g], queadmodū iterum eis dare vtile eſt quoꝝ frigidos ꝛ ſpiſſos humores deponere volueris quecūq; extenuēt ꝛ calefaciāt ꝛ antea dari cibos pertinit aptos: ſic eniz tales humores facile ꝛ conuenienter purgant̄. Quicūq; aūt ex cholerico ſanguie infeſtant̄ vl moleſtāt dietā offeres vt dixim⁹ huidā magis ꝛ tēpatā. Et ſic dabis catarticū. i. pigrā cū ſcamonea. Sit eniz ex pigra. ʒ. vj. ꝛ addes de ſcamonea. ʒ. j. i. ſiliquas.[h] xij. aut plus aut minus ſm virtutes patientis. Qō ſi accipere in potione noluerit: cataputias ex eo cōficies dabis. xj. Qō ſi ipſas contēnat glutire in ouis apalis[i] dabis eas: remoto aūt albumie in vitello abſcōdes ꝛ cū cocleari inicies: ſit eni facile inducit̄ eger vt eas accipe poſſit. Poſt hāc aūt aggregatione medicaminis nō incipiunt ſentire.[k] Facta igit̄ eūone tranſactis aliquot diebus dabis iterū dietas que humectare valeāt infirmatē. Balneū aūt magis ꝛ requieſcere iubebis. ꝛ iteꝝ purgabis augmētando modice ampli⁹ catartici doſim. Sic eniz optime ages in qbus melācholia videbit tibi eſſe generata ſi ex ſanguine cholerico tranſlato: tñ ꝛ nimis calefacto ꝛ nimis exuſto inferat̄ periculū. Quicūq; aūt calida antidota aut catartica in tales dederit paſſiones ꝛ maxime qō vocat̄ hiera iſti maniaci[l] ꝛ iracūdiores in furias maiores excitātur eo q̄ ſicciores ꝛ acriores facti ſunt. Meli⁹ eſt ergo ſimplicibus vt diximus purgari medicaminibus. de quibus nō pñt ſatis[m] calefieri: ꝛ ſi contingat ſatis ca lefieri humidis vtendo cibis temperabuntur.

e .i. cholere educentium.
f .i. protenditur vſq; ad cerebrum.
g Preparationis.ſ. facte per dietam.
h Siliqua eſt pōdus quatuor granorum.
i .i. molibus.
k .i. ſenſati eſſe.
l .i. inſani maniaci.
m .i. nimis.

De cibo dando menomenis[n] vel melancholicis. Caplm. LXXXI.

CItis enim qualr ego multos de hoc malo ſanaui ꝛ dieta magis q̄ multis medicaminib⁹ vſus ſum. Sit aūt dieta vt ſimplr dicam ptiſanas[o] magis in mane accipiat cū granulis ſuis hora[p] z[a]. In prādio aūt piſces aſpratiles ꝛ domeſticos pullos vel gallinas ꝛ alias aues que nō in paludibus degūt ꝛ pectines[q] ꝛ aſcaces[r] ꝛ echinos[s] accipiāt. Ex olerib⁹ aūt lactuce ꝛ intibe[t] oino comedende ſunt ꝛ malue. Alia vō oia ꝓhibēda ſunt ꝛ maxime braſica[u] ꝛ ſiluatica oia olera. De fructibus pepones cucumeres ꝛ ēt vue dulces duratiue:[x] ꝛ mala que non ſunt ſtiptica. Ficus etiā prohibēde ſunt aut ſi acceperint duas vel tres ꝛ he ſatis mature ſint. tales. n. ſi accipiant nō poterūt ledi.[y] Placente aūt oēs[z] ꝓhabēde ſunt ꝛ que cū caſeo facte ſunt. Hec eniz oia cholerica magis ſunt ꝛ magis augmentant exuſtos humores. Uinuz aūt eis criſapicō[&] bonuz eſt dari ꝛ hoc modicum. Qō ſi illud non inuenitur offeres vinum qō nihil hz repercuſſionis aut ſtipticū[?] aut aliquā auſteritatē ne cū bibitur caput petens ſolicitet[z]. Talis aūt ſit eis dieta. Eteniz ſi aliqd ſm partes[aa] pretermiſſuz eſt ꝛ hoc iterū prudens ꝛ ſapiens medicus ſequēdo que dicta ſunt inuenire eaipſa poterit que expediāt. Carnes aūt ꝛ fortiores cibos vetam⁹ aſſumere. Ceteꝝ egrotāte ad meli⁹ accedēte ordinādi ſunt paulatiz augmentādo ꝛ nō ſatis deſubito ad fortia accedant. Qō eniz paulatiz fuerit oblatū meli⁹ eſt ꝛ cautius trāſire ad fortiora paulatim didicimus. Balnei autē vſus ex dulci aqua ſup oia adiutoria magis preſtare vr: digerit enim ꝛ euacuat vl' extenuat cholericū humorē ꝛ tēperat ꝑꝑ aq̄ruz qualitates. Totū eniz corpus infundēdū eſt aqua calida. Caput autē tepida magis ꝛ vitellis ouoꝝ erit lauandū. Ungendus eſt autē totus aqua ꝛ oleo[bb]: caput vō oleo roſ. vnges. Aer quoq; balnei ſit tepidus ꝛ ita ſit tēperatus vt nullā habeat in ſe nimietatē. Similr aūt ꝛ ſoliū[cc] tēperet̄: ꝛ diutius in eo reſideat. Et in piſcina cogat̄ intrare ꝛ ibi oino morari ꝛ maxime ſi iuuenilis etas fuerit ibidē diutius perſeueret ꝛ cuz aqua calida multū lauet̄. Poſt balneum aūt mox nō bibāt vinuz ſed tm̄ aquā calidā. Et ſic cibos aſſumāt queadmodū in ante latis dictū eſt. Prādere aūt volēti offerenda eſt iterū aqua calida. Hoc eniz mō dieta obſeruāda eſt quibus de calido humore ꝛ nimis cadē de ꝛ feruēte natura fuerit melācholia. Sciri aūt opz q̄ in his paſſionibus antiq ꝛ ventoſis vſi ſunt in capite ꝛ anatriphiaſim[dd] acriorē facere in ſupficie volentes. Alij aūt ꝛ ſanguiſugis vſi ſunt. Nos aūt fugienda oia iſta eſſe exiſtimamus. Cū eniz nihil inuenit adhuc magis eos ꝛ diſtemperatiores ꝛ ſicciores faciūt. Cuz enim cōuenit hec fieri quando iam videt̄ in cerebro violentior effecta materia cōſtricta ꝛ pinguior facta.

n .i. maniacis Jañ.
o Ordei.ſ.
p Ab ortu ſolis.
q Piſces ſunt.
r Piſces ſunt.
s Piſces ſunt.
t .i. endiuia Jañ. dicunt tñ alij q̄ ſunt cicoree.
u .i. caulis.
x .i. a loco.
y Ab eis.ſ.
z Alios cibos.
& .i. aurei coloris.
? .i. nihil hz ſtipticitatis.
z .i. ſolicitudinē melancholicaz inducat.
aa .i. cibos particulares.
bb Oliuarum.ſ.
cc .i. balneum.
dd .i. perforationem.

Signa ſi ex melancholico ſanguine facta fuerit melancholia. Cap. LXXXII.

COntingit aūt maxie melācholiā quedā de acuto ſanguine exuſto: plus[ee] aūt rōne petens caput multas anathimiaſes[ff] faciens[gg] mutato ibidez aiali ſpū. Cognoſces aūt q̄ magis ex melancholico ſit anathimaſis[hh] qñ patiunt̄ triſtitias irrōnabiles ꝛ deſperationē ſui primuz ꝓponētes ꝛ timore nimio ſupati mori deſiderāt ꝛ frequēter cogunt̄ in lachrymas ꝛ ab hoiuz ſocietate ſe remouēt ꝛ amicoꝝ fugiūt ꝯſortia ꝛ in ſuſpitionē eoꝝ veniūt falſam. Quoꝝ ſolatia vitare ꝯtendūt vt etiā aliquos incriminent̄ eo q̄ eos vellēt occidere: gladio vtentes: ꝛ veneno dato vellent extinguere. Scimus aūt ꝛ alias plurimas ex hoc humore inferri phantaſias. Et aliq ſuſpicant̄ ſe eſſe vas fictile. Alij aūt coruū. Alij quoq; gallū vt ēt imitent̄ eū ad cantanduz ꝛ ēt aſcellas percu-

ee .i. magis q̄ cōueniat.
ff .i. ſurſum euaporationes.
gg Eſt.
hh .i. ſurſuz euaporatio.

tiūt[a]. Aliȷ aūt celū ſe ferre putāt ſicut Athlas ⁊ timēt dicētes ne cadat ⁊ nō ſolum ſe:ſed ēt oēs ſimul opprimat. Ego eniʒ quādā vidi mulierē hāc pati phātaſiā: cōſtringebat eniʒ digitū pollicē dicēs ſe totū mundū portare:ne forte verteret ⁊ hoīes periret. Sʒ ⁊ alios multos vidimꝰ. Sʒ ſuperfluū eſt de oībꝰ nūc dicere. Sufficiunt enim tibi hec per que ſigna etiā ſi ſimilia contingant poteris cognoſcere ex melancholico humore generatam eſſe paſſionem.

a Sicut gallꝰ dū vult cantare.

❡ Curatio melancholie. Cap. LXXXIII.

FIt enim quandoqʒ hec paſſio ex triſtitia ⁊ ſollicitudine ꝓcedēte aut animi alia aliq̄ paſſione exiſtente. Cōſiderare eni opʒ ⁊ īter ipſas phātaſie ſpecies ſi rōnabilr̄ an aliud aliqd de ſubito fecerit mutationē. Quedā eniʒ mulier ex nr̄is viſa a nobis cū in melācholiā de ſubito incidiſſet ſerpētē ſe glutiſſe dixit dū dormiret. Tunc ego vomicā[b] ei faciēs ſerpentē mortuū in vaſe in quo vomebat abſcōſe feci mitti ⁊ cū vidiſſet amputata eſt ei oīs ſuſpitio. Et qꝛ per triſtitiaʒ ei contigerat:gaudio accedente mox ab ipſa liberata eſt paſſiōe. Et aliā iterū mulierē vidi melancholiam incidiſſe ꝓpterea ꝙ vir eius longo perrexiſſet itinere. In omni eniʒ rn̄ſione vl̄ interrogatione vel q̄cq̄d agebat iracūdia ⁊ quaſi furia pleno animo exagitabat̄. Quaʒ ego hac rōne curaui: In primis.ſ.catarticum dedi:⁊ maxime hierā Galeni: ipſa eniʒ hiera varios deponit humores ſine moleſtia vel ꝑturbatiōe. Facta igit̄ purgatione cōtēplari opʒ iterū infirmātis intellectū. Et ſiq̄dē ad melius mens eius videat̄ tranſire:ſcias per h̄ ⁊ timores ⁊ triſtitias irrōnabiles minui ⁊ mediocres fieri:⁊ magis ēt ad ꝓpriū reuerti ſenſum. Iterū igit̄ vti opʒ hoc ipſo catartico. In hac enim permanēte curatiōe ꝑfectius emendat̄. Qd̄ ſi hiera ſemel aut bis data nihil oīno de moleſtiȷs remoueri videat̄ melācholie vel phātaſmatibus ad armenici liti[c] potiones veniendum eſt.

b Medicinam.

❡ De armenico litu.[d] Cap. LXXXIIII.

c .i.lapidis.
d .i.lapide.

SCio igitur qꝛ medici antiq̄ores albū dabāt elleboꝝ ⁊ nullatenus ex alio credebāt hāc paſſionē curari catartico. Sed ego elleboro albo antepoſui armenici liti[e] potionē. Nā hoc nuꝑ inuentū eſſe ſcias:ideoqʒ ab antiq̄s minime datū eſt. Qd̄ poſtmodū a plurimis vel a nobis in vſuʒ veniens elleborum ꝓꝑ ꝑiculū amouimus. Iſtuʒ ꝟo qui ſine moleſtia ⁊ periculo dari pōt elegimus:qm̄ nihil in virtute vel in opere minus[f] ſcimus hr̄e. Cuius ſi quidē opa nō ſolū per ventrē ſʒ etiā per vomitū facit purgationē. Sʒ vt hoc[g] opereī nō lauatuʒ dari opʒ. Erunt autem ex eo dandi .ij. aut .iiij. ℈. aut modico plus aut minus ſm̄ virtutē patiētis. Attēdēdū eſt ēt a nobis ſimul ⁊ quātitatē humoris moleſtiā generātis. Qd̄ ſi nō ſatis oportere laborantē videat̄ ꝑ vomituʒ purgari ſʒ ſolū per ventrē ſit neceſſe ducere magis malū humorē expedit tūc ipʒ lapidē lauari q̄mmaxime ⁊ vſqʒ q̄nquageſies. Sic eniʒ facientibus nobis neqʒ tribulationē neqʒ anguſtiaʒ facere hic lapis pōt ſed magis ſine moleſtia facile nigrā purgat cholerā: ita vt in paruo tp̄e ſanū reddat hoīem. Dabis autē ex hoc. ℈. v. vel. vj. vel amplius in calida aqua. Si autē bis[h] adhuc exiſtimaueris infirmāti expedire purgationem ſecurus iteꝝ dabis. Nihil eniʒ hʒ in ſe caloris aut deſiccatiuū ſatis[i] aut aliquā in ſe amaritudinem aut inſuauē qualitatē quā fugere ſolēt hoīes ad bibēduʒ horrētes odorē medicaminis. Aliq̄ etiā odiūt accipere in potatiōe medicamē ⁊ multi nullo mō cōtinent acceptum medicamē. Artificioſe aūt dari opʒ in cataputiȷs[k] factis ex lauato litu[l] armenico miſcēs ex pigra manifeſtā ꝑtē aut ex aliȷs aliq̄bus quecūqʒ adiuuare magis pn̄t purgationē. R̄x. autem hec pigre. ℈. iiij. epithi. ℈. iiij. agarici. ℈. iiij. litu armenici lauati. ʒ. iiij. ſcamonee. ℈[m]. iiij. gariofil' grana. xx. In duobꝰ aūt libris nouiter ſcriptis hec cōfectio ita hr̄. R̄x. hec igr̄ pigre. ℈. iiij. epithi. ℈. iiij. agarici. ℈. iiij. litu armenici lauati. ℈. iiij. al's ſcamōee. ℈. ij. gariof. grana. xx. tūdes ⁊ facies cataputias cuʒ rodomelle aut ſucco citri:dabis aūt. ℈. ij. q̄minimū. Sciri autem opʒ qꝛ h̄ ⁊ coroborāt ſtōm ſil' ⁊ varios deducūt humores ⁊ maxime terrenū ⁊ melancholicū ſine moleſtia vt dictuʒ eſt purgāt. Iſte lapis ſicut diximus in potu ⁊ in cataputiȷs[n] datus etiā ⁊ in vſu non eſt timendus:qꝛ neqʒ ſuffocationē aliquā:neqʒ ſincopim facit quēadmodū albus ſolet facere elleborus. Neqʒ hʒ[o] illā ſollicitudinē quā ꝑꝑ ſuffocationē[p] ſolemus hr̄e quā nunc nos nec remoueri neceſſe eſt. Illa aūt ſola ſcribemꝰ cōmemoratiōis cā que poſt hoc[q] facere dēmus vt in cōſuetis q̄plurime catarticis facere conſueuimus. ſi aut amplius aut minus euacuari[r] videnī a catarticis. Si igit̄ minus a mēſura purgauerit[s] quis mulſam ei dare opʒ. Et poſtmodū ſic cibari aut ſuccus ptiſane aut pane in iure:vbi pipio aut pullus coctus fuerit nō habenti oleū multū. Si aūt cōtingit fieri vt multuʒ nimis deponat[t] vt ⁊ ſpaſmi ſuꝑueniāt:multi enim hoc patiunī ſi nō aliq̄d dignuʒ deponat. ꝓpterea ꝙ nām hn̄t ſicciorē ⁊ imbecilliores neruos. Propter hoc igit̄ aqua multa fomētandi in balneo ſunt ⁊ multū vngēdi ex idroleo[u]. Et panis infuſus cum vino dādus eſt aut in onfaco[x] melle aut in aqua frigida. Si autem de eo[y] bibere voluerint nō aqua frigida magis eos iuuabit. Bene etiā ꝯueniēs eſt ⁊ meluʒ[z] ⁊ malagranata ⁊ pira ante cibū ei dari ⁊ ventres pulloꝝ. Poſtq̄ autem cibaueris requieſcere eū facies ⁊ iubebis vt dormiat patiēs. Poſtea aūt cum receperit fortitudinē ad balneū eū duci neceſſe eſt aere tepido ꝓcurato ⁊ imorari ibidē iubebis:nō ſoluʒ aūt in ſolio:ſed ēt in piſcina. Poſtq̄ aūt inolutus fuerit ſabanis iteꝝ mox nutriēs eum bene cū pane in vino infuſo aut onfaco melle[⁊]. Regrediēs aūt in domū ꝑmittes eū q̄eſcere. Obdormiſcet eniʒ ob hoc oīno:ſolet eniʒ hoc ſemꝑ ꝯtingere multis poſt catarticū vt plus a ratiōe ſoluant[ꝯ]. Recupata igit̄ virtute ꝑmittēdus eſt reuerti ad cōſuetudinē ⁊ in amicoꝝ ꝓn̄tia agē[ꝝ]. Et ſi īueneris ꝯn̄r rn̄dē adhuc magis amplius dabis cibos ꝑdices ⁊ gallinas ⁊ faſianos qui nō ſunt pingues ⁊ aues ſimiliter. Prohibende ſunt autē oēs aues que in paludibus degunt. Et piſces coxtryodes preter aſpratiles[aa]. Poſtq̄ aūt vſus fuerit euchimo cibo ⁊ vt quoddā fundamentuʒ poſuerit vtenda ſunt hec iteruʒ poſt tres aut quatuor dies olera q̄lia ſunt intibe[bb] ⁊ lactuce ⁊ malue ⁊ oleo ſparagi[cc] mediocriter. Prohibenda ſunt ēt braſica[dd] ⁊ oīa que melancholicū humorē aut acreʒ gn̄are pn̄t qualia ſunt eruca ⁊ ſinapis ⁊ alleum ⁊ carnes bouine: maxime ⁊ ceruine ⁊ oīs farina panis furfuraceus in cibariȷs ⁊ liquamen vetus ⁊ ſatis pingue ⁊ auſterum vinum. Sic enim obſeruet dietam:⁊ balnei vſum. Et mutare eū permittes loca vel regioneʒ ⁊ parentibus vel amicis proximari. Et per diuerſa loca ſcōꝝ ſe pn̄tare feſtinet. Sic eni ꝑ catartica ⁊ euchimos ⁊ bonos cibos ⁊ ceteras bonas obſeruatiōes totius hitudinis corporis factus fortior poterit maniadē[a] ⁊ tam amaram egritudinem euitare. Quod ſi alique reliquie remanſerint ⁊ non valde mundauerit bene intellectum aut certe non mutauerit aſpectum aeris expectata tēperantia reiterato ipſa adiutoria ab initio ſicut dictuʒ eſt faciens ea ipſa paulatim donec ad priſtinaʒ reuertat̄ ſanitatē. Et qꝛ vtiqʒ difficilius eſt ⁊ non facilis ad ſanādū talis ꝑmanēs ſi fuerit ⁊ nō ſentiet medicamen nō liberabit̄ ab amariſſima ⁊ iſanabili egritudine.

e .i.lapidis.
f Elleboro.
g .ſ.per vomitū.
h Als vini.
i .i.nimis.
k .i.pillulis.
l .i.lapide.
m Als. vnc. iiij.
n .i.pillulis.
o .i.requirit.
p .i.ne euomat ex vſu ellebori.
q .i.lapidē lazuli aſſumptum.
r Patientes.
s .i.purgatꝰ fuerit.
t .i.euacuet pharmacum.
u .i.mixtura aq ⁊ oleo.
x .i.de roſis immaturis ⁊ melle facto.
y .i.onfaco melle.
z Mela arbor eſt magna fructuʒ hn̄s comeſtibilē maiorē pipere guſtu ſuauē Ian. auctoritate Iſidori eiꝰ fructus eſt melum.
⁊ .i.de roſis immaturis.
ꝯ .i. opprimant ſomno in quo ceſſat actus rationis.
ꝝ Uitam.ſ.
aa .i.ſquamoſos.
bb .i.endiuie vt ait Ian. vl' cicoree vt exponūt aliȷ.
cc .i. ſummitates ſparagi que comedunī ian.
dd .i.caules.
a .i.inſanam maniacam.

❡ Incipit de oculorum paſſionibus. Cap. LXXXV.

TAm enim in aliȷs tribus libris a me ſcripta ſunt de oculorum paſſionibus qualiter oporteat cognoſci in eis conſiſtentes paſſiones ⁊ cauſas earuʒ ⁊ curationes ⁊ diuerſitates collyriorum ⁊ moduʒ qualiter oporteat adhiberi ⁊ qualiter conficiantur demonſtratum eſt. Unde nunc bene hic mihi viſum eſt vt breuiter conſtricteqʒ debeaʒ de his dicere vt legentes hunc librum non querant ex alio codice que ad horū oculorum curationes ſint vtilia. Oportet ergo prius ſingularium in oculis paſſionum ſigna cognoſci:⁊ ſic adhiberi curationes. Incipiamus ergo iam nunc dicere de his quibus in oculis contingere ſolent dolores. Nihil enim ſic doloroſuʒ[b] eſt nec in alia paſſione ſic vrgetur artifex vt ſuccurrat quomodo in dolore nimio oculorum. Quando ergo dolores nimiȷ ⁊ incurabiles al's intollerabiles oculos occupauerint:non ſicut multi faciunt narcoticis confectis preſumendum eſt vti collyriȷs. Multi enim ⁊ ipſum opium preſumpſerunt inquimatiçare[c]:vnde nullo modo paragoriçauerunt[d] dolorem: ſed adhuc magis leſerunt. Contemplari ergo oportet qualitateʒ cauſe ⁊ vnāquāqʒ cauſaʒ attendentes curationis preuidere ſpecies. Non enim eſt vna qualitas cauſe ſed multe ⁊ varie ſunt. Fit eniʒ plenitudo materie ſuꝑcurrens vt ſolum ex hoc videas fieri dolores ⁊ aliquando ex qualitate qualitas: ſepius autem ex vtriſqʒ fit ex qualitate.ſ.⁊ q̄ntitate. quandoqʒ enim cōtingit paſſio:qꝛ vitium eſt in qualitate humoris ſola.i.quando eſt hūor malitioſus ſed nō multꝰ:q̄nqʒ ecōuerſo q̄nqʒ vtroqʒ mō. Prouidēdū eſt ꝗ vn̄ ꝓrūpat qd̄ ſuꝑcurrit: vtrum ex toto corpore aut ex ſolo capite fluat:deinde per arterias aut per venas aut per vtraſqʒ miniſtretur. Et qualis vtiqʒ ſuperfluitas eſt: aut ex ſanguine nigro aut choleribus aut flegmate aut melancholia:⁊ quod fluit aut ventoſitas eſt ſpiritus aut etiam vnus ex ipſis eſt qui moleſtat humor aut duo cōmixti. Cōtingit enim ⁊ vnum fluentem facere flegmonē ⁊ dolorem nimium ⁊ duo ſimul commixti faciunt dolorē ⁊ tumorē:ex q̄bus etiā dr̄ia eſt cāe. Ad vnāquāqʒ igitur eaꝝ que neceſſaria ſunt adhibere[e] artificeʒ expedit ⁊ exiſtimare cognitiones ſingularum paſſionum.

b Et oculus.ſ.
c .i.linire.
d .i.mitigauerūt.
e Medicamia.ſ.

❡ Signa quō ſanguineus humor flegmonem facit. Caplm. LXXXVI.

SI igitur ſanguineus fuerit humor qui ſupercurrens flegmoneʒ fecerit:erit tibi manifeſta cognitio ex ſpecie ipſius flegmonis. Rubea eniʒ ſunt omnia ⁊ ſanguīeo colore:⁊ ipſa facies rubea ⁊ in tumore nimio ſunt poſita. Et vene apparent apertius ⁊ plene. Et grauitas ſentit̄ ⁊ pigritia in omnibus cōſuetis:actionibus accidit. Et ſi in his neqʒ mordicās lachryma:neqʒ acris videat̄ adhuc magis ſanguineū humorē eē exiſtima ꝗ fluit ⁊ facit flegmonē.

❡ Curatio flegmōis de ſanguīe facti. C. LXXXVII.

SI enim ſanguineus eſſe tibi manifeſtus fuerit flegmon: magis incidenda eſt vena capitis. Si autem colericus ⁊ acer humor cuʒ ſanguine appareat mixtus:⁊ etiam catarticuʒ poſtq̄ flobothomaueris dabis:⁊ collyriȷs vteris intrinſecus que digerere poſſunt flegmones. Quorum etiam cōfectiones vobis tradere non omittam. Exterius igit̄ ſupponenda ſunt adiutoria hec. Lac mulieris cū oui vitello ⁊ oleo roſato ſupponitur:mitigat enim ⁊ digerit ſatis igneos oculorū flegmones. Similiter quoqʒ ⁊ viole herbe folia preſtant. Quando autem cum nō nimio flegmone vel tumore ingēti dolor fuerit ortus: bene facit crocus cum micis panis ⁊ vitellis ouorum. Similiter autem ⁊ dactyli faciunt. Poſtq̄ aūt repreſſum fuerit reuma cum mellilioto croco ⁊[f] glaucium ⁊[g] ouorum vitella cocta ⁊ oleo roſa. permixta ſuperimpoſita mitigant dolores. Ad dolores aūt ⁊ plenas epiphoras[h] oculoꝝ roſarū ſiccaꝝ. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. opiȷ ʒ. j. cū ſapa vbi mellilotū fuerit coctū colliges ⁊ vteris.

❡ De collyriȷs mitigatiuis in dolore aurīuʒ ex ſanguineo humore factis. Cap. LXXXVIII.

f Glaucion ſeu meithe non eſt celidonia vt q̄dā putant:ſʒ eſt herba ſilīs papaueri cornuto Ian.
g Lini.
h .i.ſuꝑ infuſiones reumatis deſcendētis ad oculos Ian.

CAtaplaſmata igit̄ extrinſecus ad flegmonē talia qualia diximus ſunt vtenda. Suꝑunctiones autem inquimatiſmata[i] ſequenti ſermone ſunt ordinanda. De quibus etiā ſciri opʒ: qꝛ in ꝑmis que in flegmone ſunt poſita que mitigare valeant ⁊ mitiora ſunt:collyria ſtiptica oportet adhiberi. Et ſic poſtea que reprimant in ꝑmis admiſcenda ſunt mitigatis. Demuʒ digōne facta humorum etiaʒ ſolis apocruſticis[k] erit vtendum. Flegmone eniʒ ignito minuente ⁊ aſperitate ceſſante ſine moleſtia patiētes ſtiptica imitti poſſunt ſufferre collyria. Collyrium mitigatiuum triferum ad eos qui nullam mordicationem ſufferre poſſunt medicaminis ⁊ maxime ad recentes paſſiones. Cathinia vſta ⁊ extincta in lacte mulieris ⁊ lauata. Mihi autem melius viſuʒ eſt anteq̄ vtatur vt lauetur: ⁊ ſic extinguatur. Cathinie ergo. ʒ. viij. pſimiciȷ[l] lauati. ʒ. xvj. croci. ʒ. iij. opiȷ. ʒ. j. dragaganti. ʒ. ij. aque pluuialis quod ſufficit: vteris autem cum albumine oui. facit. n. ad flectenas[m] collyrium ſatis:⁊ ipſuʒ appalū[n] eſt. Cathinie lothe ⁊ extincte ⁊ cum lacte mulieris eſt. Cathinie vſte ⁊ extincte cum lacte mulieris. ʒ. v. pſimiciȷ[o]. ʒ. iiij. pōphiligos[p]. ʒ. ij. opiȷ. ʒ. j. dragagāti. ʒ. ij. aque pluuialis qd̄ ſufficit. Hoc autem multum habeo experimentatū ſine mordicatione mitigat flegmones ſatis calidas cuʒ nimio dolore mirabiliter. Collyrium ⁊ ipſuʒ ſatis bonū ⁊ eſt ſimplr̄ cōfectū. amili. ʒ. vj. pſimiciȷ[q]. ʒ. ix. opiȷ. ʒ. ij. gūmi. ʒ. iij. aque pluuialis qd̄ ſufficit. Collyriū pagoricū[r] ſatis bonum qd̄ ſomnuʒ facit. Cathinie vſte ⁊ in lacte aſinino extincte. ʒ. xj. pſimiciȷ[s]. ʒ. xij. geſaſteros[t]. ʒ. ij. dragaganti. ʒ. ij. mandragore. ʒ. ij. amili ordeacei. ʒ. ij. lactuce caulium ſucci. ʒ. ij. gummi. ʒ. ij. opiȷ. ʒ. x. ouorū ſubtile albumem quod ſufficit collyriuʒ quod dicitur ſpongiarum bonum ſatis eſt ad magnos dolores:mitigat enim cito. R̄x. amili. ʒ. iiij. pſimiciȷ[u]. ʒ. iiij. opiȷ obolum[x] vnuʒ gummi. ʒ. ij. aque pluuialis quod ſufficit:⁊ eo vteris cum lacte mulieris.

i .i.linimenta.
k .i.repercuſſiuis.
l .i.ceruſe plūbi.
m .i.minuta apoſtēata i oculis.
n .i. mollitiuuʒ.
o .i.ceruſe plumbi.
p .i.tuthie.
q .i.ceruſe plumbi.
r .i.mitigatiuuʒ.
s .i.ceruſe plumbi.
t .i.ſtella terre vl' lutum ſtelle eſt ſimilis gipſo Ian.
v .i.ceruſe plumbi.
x Eſt pōdus xij. granorum.

❡ De collyriȷs apocruſticis que monoymera[y] vocant̄. Caplm. LXXXIX.

DIuerſa ſunt hec collyria que quidē habent virtutes ⁊ digerēdi ⁊ reprimendi mediocriter: vt etiam preua

y .i.vna die ſedātia dolorem. Ian.

leant mox in initio inunctorum amputare oculorum dolores sine aliqua mordicatione: iuuant enim bene inquimatiçata [a] τ superinūcta. Propter quod τ imbecillioribus τ glauco obtalmis [b] magis τ apolosarcon [c] magis in mulieribus vtimur qualia sunt de licio τ croco τ glaucino [d] composita: quorum enim scripturas ipsas vobis tradam. Que autem fortiorem habēt virtutē in diuturnis passionibus magis poterunt esse in vsu τ in fortioribus oculis τ duris carnibus qualia sunt de vino confecta que diaynon appellant τ metalicon aromaticon que desiccare τ calefacere possunt. Tales ergo sunt differentie eorum. Nos ergo prius de mediocribus apocrusticis dicemus: τ in initio doloris oculorum expedientia. Et sic postea de illis que amplius stiptica sunt τ plus possunt operando reprimere mediocriter dicemus. Collyrion apocrion mediocriter monoymeron [e]. Hoc eniz τ midicon τ acerodion aliqui vocant. Reprimit enim in initio inunctum aut inquimatiçatum [f] cum ouis sparsum sepius τ lauatū. Expedit etiam τ epiphoras [g] τ acros [h] reumatismos τ cicatrices excidit antiquas. Purgat eniz τ cicatrices subtiles vt illas mirabiles faciat. hoc autē τ in puluere vsus sum in collyrio cum ouis. ℞. sarcocolle. ʒ. j. glaucy [i]. ʒ. j. croci. ʒ. j. dragaganti. ʒ. j. aque pluuialis quod sufficit. Collyrium diarodon quod ad ea ipsa mirabiliter facit τ valde experimentatum est. Rosarum molliū. ʒ. xv. croci. ʒ. xviy. dragagāti. ʒ. vy. opy boni non adulterati. ʒ. y. spice nardi. ʒ. y. gummi. ʒ. vy. aque pluuialis quātum sufficit. Collyrium mirraticum τ ieraticon: mirabile eniz est. Et hoc collyriū talem habet virtutem qualem τ superiora preter q᷑ plus operatiuum est illis eo q᷑ magis reprimit super inferiora reumata. ℞. autē hoc amili. ʒ. xxj. glaucy. i. memithe. ʒ. viy. sarcocolle. ʒ. iiy. croci. ʒ. y. gūmi. ʒ. iy. myrre. ʒ. j. aque pluuialis quod sufficit. Collyriuz polideucon experimentatum a nobis sepius rose succi quātum sufficit croci. ʒ. j. sarcocolle. ʒ. y. glaucy. ʒ. iiy. gummi. ʒ. j. opy. ʒ. iiy. dragaganti. ʒ. j. tūdes τ cernes omnia τ primo mittes glaucium sic sarcocollā τ opiū τ dragagantum solues in succo rosaruz τ supermittes alia. Collyrium midicon optimum qđ reprimit valde mox in initio pingue inunctum. glaucy [k]. ʒ. viy. sarcocolle. ʒ. iiy. dragaganti. ℥. j. croci. ʒ. y. opy. ʒ. ʃ. aqua pluuialis quod sufficit. Ego .n. hoc experimentauiz multum habeo τ plus alys mitigat inquimatiçatuz [l]. Aliud collyrium pyrō quod dicitur diacrocon quod mox facit ad dolores inunctum in oculis. ℞. glaucy. ℥. j. aloes. ℥. j. sarcocolle. ℥. j. hoc etiam prophilacticō [m] oportet vti. Reprimit enim omnes turbationes oculorum inunctum isto: ergo antedictis diebus oportet vti τ nō pseuerare in multis diebus. Si enim amplius fuerit eo vsus dracomaxa. i. aspitates generat in palpebris. Deinceps aūt cetera dicamus collyria monoimera [n]. Cuius virtus est fortior τ magis habēt ad reprimendam stipticam virtutem. propter quod in his que sine vlcere sunt in oculis reumatibus τ flegmonibus eis vti oportet: habet enim ipsa scriptura [o] sic. collyrium diaynon primuz in monoimeris [p] vocatur. ℞. calcucecaumenō [q]. ʒ. viy. opy. ʒ. viy. croci. ʒ. viy. smirni [r]. ʒ. viy. gummi. ʒ. xl. vini indusmi [s] quod sufficit collyriuz ciriciō quo ego vsus sum cathinie. ʒ. xx. calcucecaumenō [t]. ʒ. xvj. opy. ʒ. viy. croci. ʒ. viy. achatie. ʒ. xxiy. gummi. ʒ. xxiiy. collyrium theophilon. τ h̄ eni ad ea vti opz. ℞. cathinie. ʒ. xvj. croci. ʒ. vj. smirni [u] ʒ. iiy. spice nigre. ʒ. iiy. achatie. ʒ. xviy. gummi. ʒ. xxiiy. calcucecaumeni [x]. ʒ. xvj. opy. ʒ. vy. aque pluuialis qđ sufficit: fiunt autem. ʒ. centum. collyrium tēcisçaticon cathinie. ʒ. xvj. achatie. ʒ. xvj. gūmi. ʒ. xvj. calcucecaumenō [y]. ʒ. iiy. smirni [z]. ʒ. iiy. aque pluuialis qđ sufficit. collyrium apocrusticon [τ] satis bonum menoymerō [?] stimei [ꝑ] lauati. ʒ. viy. cathinie. ʒ. viy. calcucecaumeni [aa] lauati. ʒ. iiy. aut. viy. aloes. ʒ. iy. myrre. ʒ. iy. achatie scirre [bb]. ʒ. xy. opy. ʒ. j. vteris securus ad epiphoras [cc] reumaticas cum totius corporis prouidentia. collyrium hermolaus megas cathinie. ʒ. viy. calcucecaumeni. i. eris vsti. ʒ. viy. nardo scoty [dd]. ʒ. j. τ. ʃ. croci. ʒ. iiy. aloes. ʒ. viy. licy indici. ʒ. y. achatie gūmi. aā. ʒ. xx. opy. ʒ. iiy. aque pluuialis quātum sufficit. collyrium hermolai dialoes cathinie. ʒ. vj. calcucecaumenon. ʒ. vj. smirnis [ee]. ʒ. ʃ. aloes. ʒ. j. τ. ʃ. opy. ʒ. ʃ. croci. ʒ. j. achatie lib. j. gūmi lib. j. olī ad colligēdū. ʒ. iiy. aq̄ pluuial' qđ suffic̄. collyriuz vicariō satis bñ faciens ad oē reuma: τ chimosiz [ff]: τ punctionibus. τ membramilis [gg] in oculis surgentibus τ ad lippos: τ ad staphilomata [hh] τ bothoria [ii] minocephala [kk] τ scarras [ll] τ ad omnes passiones oculoruz experimentatum est. Calcucecaumenon [mm]. ʒ. xv. cathinie. ʒ. xx. gummi. ʒ. xxxy. medicaminis [nn]. ʒ. xvj. aque pluuialis quod sufficit. Conficies autem medicamen de quo missurus es. ʒ. xvj. in collyrio h̄ modo succi cētauree. ʒ. y. sape [oo] cretice partez. j. coques de ligno vitis [pp] in vna olla donec ad mellis spissitudinez veniat τ postmodum ex inde mittes. ʒ. xvj. vbi collyrium conficies. Inquimatiçabis [qq] autē cum ouo ad non ferentes stipticum. Est enim quando cum aqua facit bene satis sed in initio aquosuz inungendum est. Collyrium pellarion cathinie vste τ lauate. ℥. y. accatie scirre [rr]. ℥. iy. smirnis [ss]. ℥. iy. calcucecaumeni [tt] lauati. ℥. y. opy. ℥. y. psimicy [uu]. ℥. v. amili. ℥. xy. dragaganti. ℥. xy. gummi. ℥. xy. aque pluuialis quod sufficit. Satis eniz magnum est. reprimit enim τ mitigat pinguis eius vnctio.

¶ Si ex cholico τ acro hūore fiant dolores in oculis. Caplm. XC.

Si igitur dolores fiant ex cholerico τ acro [xx] humore in oculis erit tibi declaratio ex multis signis. Primum quidem ex hoc q᷑ non plectoricum apparet corpus totum: sed magis cacochimum. Ceterum autem mordicationes nō solum in angulis oculorum sed in mallis [yy] ipsis ex hoc q᷑ defluūt lachrime exurere videntur loca que tetigerint ita vt non ferre possint mordicationes. Non solū autem ex his cognoscere poteris: verumetiam ex his que precesserunt. i. tristitie q̄plurime τ sollicitudines τ solis nimy ardores τ furor frequens. Precesserūt ēt τ acres cibi. Securus ergo huic offeris adiutoria: poteris enim celeriter τ sine collyrio patientem curare.

¶ Curatio his q de cholerico τ acro humore laborāt. Caplm. XCI.

Si enim per totum corpus videtur cholericus humor abūdare: colagogo catartico [zz] totū purgabis corpus. Qđ si non totū corpus s3 tm̄ oculos habūdātia cholerū ledit acredine generata: balnei solus vsus ex aqua dulci cōpetēti sine dolore poterit efficere laborātē. Et si [ττ] obediēs sit τ cibos mitiores τ sine mordicatione accipiat τ eis qui pingniores reddūt humores voluerit vti. quales sunt orphoide [??]. i. acerua: τ alys piscibus [ꝑꝑ] duriores carnes habentibus: vtatur glaucicirida [aaa] aut ex eaipsa ysicia [a]: ex oleribus do itibas [b] τ maluas: ex pomis [c] autem melis [d] melonibus τ vuis dulcibus. Ficus aūt nullo modo suadeo accipiendas in oculorum doloribus: habent enim aliquā commotionem. De citro aūt caro preter corticem danda est: τ habeant calidam. [e] Et vinum si voluerint bibere crisapticon [f] eis dabis aut dulce de bitinea [g] vel alia que impinguare nō possint humores aut obtūdere. Si autem inobediens est τ quod precipitur non obseruet quemadmodum plurimi sunt hominuz: τ maxime barbari: necesse est tūc collyrys vt in quibus nulla possit esse mordicatio τ que obtūdere τ repmere possint cholericos τ acros [h] humores. Ex quibus proximum est collyrium diapōfiligon confectum. ℞. hec ponfiligon [i] lauati. ʒ. xxv. plumbi vsti τ lauati. ʒ. xxv. amyli. ʒ. xxv. gummi. ʒ. xl. aque pluuialis: quod sufficit horū vnūquodq3 postq̄ vstuz fuerit lauare oportet donec transeat spissitudo: nec etiam ipsa aqua appareat nebulosa [k] τ post hec pistata siccentur: τ sic misceātur τ terantur simul diebus multis: τ sic supermittes amyluz τ gummi vt cōprehendantur q᷑ si simul admisceatur amylum si diu humidum sit cito acescit. Collyrium enim istud satis magnificuz est: τ in alys plurimis causis maxime q᷑ [l] narcoticum medicamentum non accipit: quemadmodum alia [m] vt est mandragore succus vel huic similia que sunt narcotica: quorum vsus multus nociuus est. Quod si diuturna fuerit passio administrandum est aliquid ei aut quod reprimat aut quod mitiget choleram tandem vtiq3 aliqua excogitanda sunt que expediunt τ subueniunt molestanti passioni: aliud autē cū alio aut alio adhibendo mensuram inueniet.

¶ Signa anfraxis in oculis facte. Cap. XCII.

Anfraxim [n] autem humorum in oculis factum hoc modo cognosces. Cum tumore eniz vene fortiter eleuantur vt sanguine plene existimentur sed τ tensionez sentiunt in oculis ipsis. Hec ergo signa ostēdunt pinguissimos satis humores anfraxim. i. oppilationem fecisse in oculis.

¶ Curatio anfraxis si sola facta fuerit in oculis. Caplm. XCIII.

Quod si absq3 plenitudie corporis. i. plectoria flegmon tibi visus fuerit facta anfraxi ex pingui τ flegmatico sanguine non oportet flobothomū adhiberi aut catarticuz dari: sed oportet illa ministrari que sursum ascendendo adaperiāt constipata loca τ confortent imbecillia membra: vt iterum iam non suscipiant nocitura. Optimum autem est in talibus in quibus nō est plectoria vt diximus primū lauare egrotantē temperato balneo quod calefaciat τ relaxet poros: τ tunc dare eis vinum bibere: eteniz hec facile in omnes membrorum partes maxime ad caput penetrat potio vt non soluz calefaciat ea: sed τ celeriter mouet subtiliādo humores τ expellēdo anfraxiz faciētes simul τ imbecillia loca vt diximus corrohorat: vt etiam illa expellat que constipata sunt. Hoc modo ergo cognoscēdus est balnei vsus si debeat lauari qui patitur aut nō. Si timor [o] est balnei vsus: an vinū potui dare iuuat fomētetur prius calida aqua. cum enim flobothomaueris τ nihil desuper fluxerit reumaticis post lauationem manifestum est non esse plectoricum: τ oportet [p] fomentationibus τ balneo τ vino vti. Et si facta fomentatione reuma fuerit acutum τ dolor increuerit euone opus habent aut flobothomia aut catartico. Qđ si plectoricus fuerit flobothomandus est. si autem cacochimus purgandus est catartico: etiam bis aquosas mulsam inquimatiçare [q] opz: τ tūc magis qñ lippitudo ascēdit τ oculi molestant. Nulla aūt alia res poterit eos magis extenuare τ phibere nasci lippos sicut mulsa: τ collyrys que cūq3 euentare τ digerere possunt flegmōes vtantur.

Naſcuntur etiam circa aures paſſiões de quibus conſequens eſt vt dicamus. Oportet ergo cognoſcere nos ante omnia plurimas parotidarum[m] eſſe differentias. Si quidem quedam earuz ſunt ex ratione determinationis[n] facte ⁊ digeſtionis manifeſte. Que quidez nō ſunt periculoſe ſed magis facile ſanabiles ſunt ⁊ multos ex magnis periculis liberauerunt. Alie iteruz ſunt que ex plenitudine humorum aliquibus cōtingunt cū grauitate naturam irritantes ⁊ exinde periclitantur ſi multo tempore ſint ⁊ non pus faciant ⁊ digerentur. Diligenter igitur conſideranda eſt qualitas ⁊ quantitas que ſupercurrit materie ⁊ parotidas generat. Quidaz ergo earum ex multo ⁊ calido ſanguine magis conſiſtunt. Alique autem ecōtrario ex ſubtili ⁊ calido ⁊ cholerico humore apparēt. Alie ex frigido ⁊ ſpiſſo humore fiunt. Sunt autem ipſarum quedam que ex plenitudine calidiſſimi humoris fiunt ⁊ quibus magnos dolores inferunt ⁊ fortes. Ex tenui autem ⁊ ſubtili humore herigipilatis[o] ſimiles fiūt ⁊ neqz cum grauedine neqz cum anguſtia ſedes occupat. Que autem ex melancholico humore natiuitatem habent neqz ſub rubee ſunt neqz dolorem habent nimiū ſed ſunt dure ⁊ ſclirofim magis faciunt. Que autem eleuate in tumorem ex flegmate generantur. In his ergo qualitas ⁊ quātitas differentiarum diligenter conſiderāda eſt: ⁊ ſic ad expedientem venire curationem.

¶ Curatio ſi ex plenitudine ſanguinis fiant parotide. Caplm. CXXV.

Incipiamus ergo ſi ex ſanguis plenitudine fiant parotide quomodo curari debeant. Cum ergo talis humor conſiſtit ⁊ tumor rubeus ⁊ magnus apparet ⁊ frequēter nimios dolores ⁊ periculoſos infert flobothomum ante omnia adhiberi oportet. Qui enim ante euacuationem cataplaſmate aut alio vtunť medicamine diaforetico vt de fermento ⁊ euiſco[p] confectum manifeſte egrotātes ſuffocari facit. Propter quod ſi nihil eſt aliud qđ eos ꝓhibeat qui ex plenitudine ſanguinis ſpiſſi parotidas patiuntur ad flobothomum venire oportet ⁊ ſic ſecurus adhibeat cataplaſma. Igitur flegmone exiſtente in magnis doloribus cataplaſma ex farina ordei ⁊ lini ſemine facis. Qđ ſi duritia aliqua fuerit caricas ⁊ adipem porcinum ⁊ lappacij radices admi-

a .i. gūmi cedri.
b .i. meçereō Ja.
c .i. capitis purgatiua Jaū.
d .i. equitationes ſeu geſtationes.
e .i. brachiorum.
f .i. balnea.
g .i. aq̄ marine.
h .i. emplm ꝺ ſynapi factū Jaū.
i .i. inciſiones arteriarum.
k Salpinga eſt fiſtula qua ſugģit aliqd extra in aure poro ipſius auris appoſita. Jaū.
l Vel ſuggentia.
m Parotides ſt apāa pˀ aures ab ota qđ eſt auris. Jaū.
n .i. cretice expulſionis mãe .ſ. morbi q̄ creticat ꝑ potidas.
o .i. apoſtematibus cholericis.
p Biſmalua.

ſcebis cum aqua vbi decoctum ſit fenugrecum ⁊ herba camomilla: ⁊ euiſci radices ⁊ carice ⁊ fac cataplaſma. Poſt autem tertium vſum cataplaſmatis vteris ygnaſion emplaſtro qđ paragoricum[q] ſatis exiſtet ⁊ diaforeſim[r] faciet ſciromenis[s] ⁊ mallaxabit[t] duriciē ſatis bene. Conficitur autem ſic. ℞. cere. lib. j. axungie porcine. lib. j. colofonie. ℥. vj. lythargirij. ℥. ij. vini boni cotilam[v] vnam conficies ⁊ vteris. ¶ Item qđ ſimiliter facere poteſt terebentine libani .i. maſticis. ℥. ij. cere. ℥. iij. olei glaucini ⁊ myrtini qđ ſufficit in aq̄ marina ſupermittes medicamen. Optime autez facit ⁊ diamellilotum per ſe aut cum ſeptenno mixtum. Similiter ⁊ liuridus facit ad omnes qui ex ſumma cute ⁊ qui ex ſanguine habent generatas parotidas. In profundo autem exiſtentibus ⁊ in quibus eſt cutis dēſa ⁊ materia ſpiſſior ſi nitri modicum ⁊ draguntee herbe radices ſupradicto cataplaſmati admiſceas: melius diaforeticum faciet adiutorium. Quemadmodum ſi amoniacum admiſceas. Et in quibus duricia fuerit multa oportet admiſceri picem liquidam aut ſepum taurinum aut hircinum aut vitulinum aut medullaz ceruinam aut bdellium aut ſtoracem: hec enim omnia diaforetica ſunt ⁊ mallaxant[x].

¶ Curatio in quibꝰ parotide ſunt ſcirotidis[y] tumoris. Caplm. CXXVI.

Si autem nimis durus ⁊ ſcirotidus fuerit tumor oportet de hoc dicere vnamquāqz curam. Nam diaforeſim[z] faciendo ⁊ malaxando[&] tumorem iuuamus. Erit autem quod ſupermittetur oleum in cataplaſmate frigidioribus humoribus conſiſtentibus in parotidis duriciebus generatis aut irinum aut ſicionium[ꝯ] ſicut in calidioribus iterum aut roſeum[ꝝ] aut camomillinuz. Manifeſtum eſt etiam ea que calidiora ſunt ſatis medicamēta in diuturnis paſſionibus vtilius adhiberi. Qualia ſunt nariobarçamum ſiue diaſtrucium qđ vocatur. Quorum etiā grapharia[aa] ſcriptis tradam vt non ea queratis in alijs codicibus. ¶ Emplaſtrum bariobarçamū ad ſcirodes[bb]. ℞. lythargirij. lib. iij. ⁊ ℥. j. ⁊ ſ. pſcimicij[cc] lib. j. ⁊ ℥. v. aq̄ marine. ℥. xxv. olei veteris. lib. j. ⁊ ℥. iij. ⁊ ſ. oſtrearum marinarum vſtaruz. ℥. vj. ⁊ ſ. cere vſte. ℥. iij. terebentine. ℥. vj. libani thuris. ℥. ij. ⁊ ʒ. iij. ⁊ ſ. conficies ⁊ vteris. ¶ Item diaſtrucium facies ad ipſas curas. ℞. hec armoniaci thimiamatꝭ[dd]. ℥. viij. pitimie. ℥. viij. coques oleum ⁊ lythargirium ⁊ acetum donec[ee]. libri primiſtrucij herbe[ff]. ℥. j. lythargirij. ℥. v. ariſtologie. ℥. iij. libani. ℥. iij. cere. libri primi. olei veteris. ℥. iij. aceti ſquillitici amollentum[gg] fiat ⁊ depones ab igne cacabum ⁊ addes ſtruciū ⁊ armoniacū ⁊ lepidoſcalcis ⁊ galbanū: demū agitabis ſpata ⁊ addes mānis ⁊ ariſtologiā ⁊ coques dum ſeſe colligūt in vnum ⁊ tolles ab igne cacabū ⁊ agitabis donec indureť: aliqui acetū poſtea mittūt. hoc enim medicamen facit ad duriſſimas paratidas ⁊ ſtirades[hh] ⁊ cōdilomata[ii] ⁊ ad nemirotrocas idē perforata loca ⁊ incipiētes pāniculas .i. glandulas circa inguina induratas vel aſcellas ⁊ ad tēſa viſcera ⁊ ad apoſtemata ſtomachi ⁊ poros ſoluit. Laudandum eſt in multis hoc medicamen.

¶ Signa ſi in pus conuertantur parotide ⁊ cura. Caplm. CXXVII.

Si aūt per hec medicamēta deſiccatū fuerit vlcus ⁊ tumor minor effectus nō minꝰ aliđ adhibeť. Et ſi dolores pſeuerēt tranſire nos neceſſe eſt ad ea que pus faciant

q .i. mitigatiuū.
r .i. reſolutionē.
s .i. duriciei.
t .i. mollificabit.
v .i. pondus ij. vnciarum.
x .i. remolliunt.
y .i. ſcirroſici.
z .i. reſolutionē.
& .i. remolliēdo.
ꝯ .i. radice cucumeris aſinini. Jaū.
ꝝ Oleum.
aa .i. deſcriptiones.
bb .i. ſcliroſos.
cc .i. ceruſe plumbi.
dd .i. fecis ſtoracis.
ee .i. picis reſine.
ff .i. condiā ẽ ſimilis elleboro albo.
gg .i. ſine viſcoſitate digitis adherēte ita qꝺ digitos nō ingrat ſeu ſordidet. Jaū.
hh .i. ſcliroſes.
ii .i. morroids cecas q̄ tumēt ⁊ nihil emittūt ſanguinis Ja.

⁊ adhibere oportet que digerere faciāt materiā. Qualia ſunt triticea farina cū radice lapacij i hydroleo[a] cocta. Et axūgia porcina cataplaſmabis. Manifeſta enī erūt tibi ſigna talia: cū trāſmutata mā in pus ꝯuertiť. Tūc modicū dolores ⁊ rigores ⁊ febres icreſcūt. Tūc cataplaſmate ⁊ ſimplicibus medicamētis vti oportet. Simplicia adiutoria ad hoc vtiliſſima ſunt hec vt aq̄ calida frequenter fomentetur ſed cum ſapa[b] pus iuuatur ⁊ triticea farina aut alice[c] ſi cocta ſit ſimiliter iuuat ⁊ magis in humidis tumoribus: etiam panis mundus facit. Et pix liquida reſoluta cum oleo aut vituli ſepo aut porcino adipe ſine ſale poſito ſimiliter iuuāt. Illa vo que cum ſale ſunt ad diaforeſim facientia magis vtilia ſunt. Sunt autem ⁊ alia ſimplicia ad pus faciendum non parua experientia a nobis compoſita ⁊ ad illa tranſire melius eſt poſtea ad compoſita. Multa enim ſunt alia cataplaſmata que ex triticea componuntur farina ſeu cōficiuntur. Sed nihil melius in his inuenitur q̄ ſubinde a nobis confectum eſt. ℞. axūgie lib. j. oua anſeruz. iij. ſape[d]. ℥. iij. farine triticee. ℥. j. hec ſolues bene ⁊ in panno induces: ⁊ ſic pones ⁊ frequenter mutabis. Ego autem coxi farinā cum ſapa[e] ⁊ axūgia ⁊ nouiſſime miſi oua: ⁊ ſic paragoricum[f] factū eſt adiutorium. Demum diaçimis emplaſtrum adiuuat. Et hoc medicamen bene facit ad cito faciendum pus ⁊ crudos humores ⁊ indigeſtos digerit ⁊ tumores conglutinatos expergendo[g] deponit ⁊ pus extrahit ⁊ tenues ⁊ imbecilles poros: eſt autem anodinum: ⁊ quando cicatrices nouiſſime cicatriçauerit tenues ⁊ incerte quodāmodo videntur. ℞. autez hec fermenti. lib. j. ſalis cōmunis. ℥. iij. cere. ℥. viij. apij. ℥. iij. galbani. ℥. j. aloxanti[h]. ℥. j. piperis. ℥. j. ſaponis gallici. ℥. vj. picis pitimie[i]. lib. j. ſepi taurini. ℥. iij. conficies. hoc vo medicamen non ſoluz ad parotidas ſed in alijs omnibus vulneribus vbi exiſtimaueris expedire vteris. Qđ enim iam in pus verſum eſt aperit ⁊ extrahit: qđ autem tn̄ indurauit ⁊ in pus non eſt conuerſum digerit ⁊ ad ſanitatem prouocat. ¶ Item aliud ad parotidas emplaſtrum qđ hoc idem operari poteſt: qđ. ℞. cyminum ⁊ farinam: habet enim ſcriptura ſic farine ordei ſubtiliſſime. ℥. xxiij. ſalis cōmunis aut armoniaci. ʒ. v. picis. ʒ. j. cere. ℥. ix. nitri. v. cymini fracti. ℥. v. olei veteris. ℥. viij. ptiſane. ℥. v. ſucci lini. lib. teres que ſicca ſunt cum vino ⁊ ſupermittes que remittenda ſunt. ſuccum autem de lini ſemine ⁊ ptiſanam diligenter coques cum nō vſtulentur[k]. vteris autem hoc medicamine ſecurus ad parotidas: ⁊ ad alia apoſtemata. Etenim maturat ⁊ diaforeſim facit. Emollit loca dura ⁊ glutinat cito ⁊ dolores mitigat ⁊ bene facit. ¶ Item aliud emplaſtrum quod recipit adipis porcini. ℥. v. cere. ℥. ij. ouoruz albumina duo mellis tātuz quantū albumen ouoruz eſt farine triticee ſubtiliſſime qđ ſufficit ceram in primis cū adipe porcino reſolues: ⁊ ſic ſupermittes mediocriter eis cum factum fuerit tepidum ouorū albumen ⁊ mel mittes[l] in mortario ⁊ tere bene: ⁊ ſic mittes farinam paulatim donec mediocriter habeat emplaſtrorū conſtructionem[m]: ⁊ iam diligenter teres ⁊ vteris: eſt eniz diaforeticum ⁊ paragoricum[n]. rumpit enim ⁊ ſanat ⁊ perfecte purgat: facit autem ad ſynanticos. ¶ Itē diaſiricon confectum medicamen ad eas cauſas ⁊ paſſiones mirabiliter facit. ℞. ſerici. lib. j. olei cotilam. j. Eſt autem eius permixtio vt coquatur donec amolentuz[o] fiat. ¶ Facit aūt ad multa hoc medicamen ⁊ non contēnas q tn̄ ex duabus conficitur ſpeciebus: nam virtus eius magna eſt. ¶ Item emplaſtrum diamellilo-

a .i. mixtura aq̄ ⁊ oleo.
b .i. vino cocto vſqz ad cōſumptionē duarum partium. Jaū.
c .i. alica eſt genꝰ frumēti quodaz ſpeltā crediderunt. Jaū.
d .i. vini cocti donec redeat ad tertiam partē.
e .i. vino cocto.
f .i. mitigatiuuz.
g .i. aſpergendo.
h .i. flos ⁊ inuenitur ſupra petras nili fluminis velut pinguamen aque ſupernatans Jaū.
i .i. reſine.
k .i. vrantur.
l Omnia hec.
m .i. denſitatem debitam.
n .i. mitigatiuo.
o .i. nō adhereſ digitis.

tum ſi cum diaſiricon miſceatur magnifice operatur: ita vt vna pars ſit diaſirici ⁊ due diamellilloti. Interdum etiam ⁊ per ſe poſitum mirifice iuuat. eſt. eniz in multis probatum hoc medicamen. ℞. autem hec prime gutte capitelli[p]. ℥. vj. leptocarion[q]. ℥. ij. ſaponis. gallici. ℥. iij. affronitri[r] albi. ℥. vj. albumina ouorū. v. mellis. ℥. iij. mellilloti. ℥. iij. olei veteris lib. j. cere. ℥. x. terebentine. ℥. vij. hoc enim ⁊ poros ſoluit ⁊ lapides ⁊ oſſa ⁊ ſpinas eduxit: ⁊ multis vtiliſſimum eſt hoc medicamen. hoc enim in medio flegmone vti non oportet: ⁊ in quibus dolores nō ſunt nimij: ſed ⁊ qn̄ volumus rumpere tumores: vbi aūt nimius calor eſt poni nō opꝫ.

¶ Curatio ſi ex cholerico humore fiant parotide. Caplm. CXXVIII.

Quod ſi cōtingat fieri parotidas ex tenui ⁊ ardenti ſanguine cholerico erit tibi hec cognitio: ſit enim tumor rubior ⁊ ignitus ⁊ heriſipilato[s] ſimilis: ita vt patiēs locus ardere videatur: ⁊ qui tanget ſentiet manifeſtum calorē ineſſe. His ergo expedit adhibere de ouis ⁊ oleo camomille ⁊ ſapa[t] ſicut conſueuimus febricitantibus adhibere: adhibendum eſt ⁊ lexoperitum cerotuz qđ vocatur ambroſia: cuius eſt hec cōfectio croci. ʒ. iij. lythargirij. ℥. j. olei roſarum. ℥. ij. cere. ℥. iij. adipis porcini. ℥. ij. mellis. ℥. j. ſucci lini ſeminis quod ſufficit. hoc enim medicamen in calidis paſſionibus bene facit. ¶ Item aliud qđ. ℞. hec cere. ℥. v. ⁊ ſ. olei camomillini ⁊ roſa. an̄. ℥. ij. ⁊ ſ. ouorum vitella numero ſeptē. farine fabe. ʒ. iij. confice ⁊ vtere. ¶ Aliud mirabile ad hoc ipſum iuſquiamum lapacium cum axungia teres ⁊ cataplaſma impones duobus aut tribus diebus. ¶ Aliud emplaſtrum ad idem cere. ℥. vj. colofonie foliorum perdiciados[v]. an̄. ℥. vj. olei. ℥. iij. confice ⁊ vteris. ¶ Facit autē ⁊ bene pſilium impoſitum vt cataplaſma: cui etiam oua admiſcenda ſunt. Sed ⁊ diachilon. qđ. ℞. hec lythargirij triti lib. iij. olei communis. lib. vij. cere libram vnaz pitimie[x]. ℥. vj. ſucci pſilij. lib. ij. Succum autem pſilij facies ſic mittes triti pſilij. ℥. ij. in aque fontiue. ⅌[y] vj. ante autem vno die infundes. Alio die coques fortiter ad ignem mollez[z] donec pingueſcat ⁊ ſic mox cola: quia ſi infrigidauerit indureſcit. Et iterum reuertes[&] in cacabo: ⁊ fac calidum ⁊ colas. ſit autem tibi menſura arbitrio lib. ij. ⁊ ſic hēto tritum lythargirium ⁊ cum eo mitte in cacabo vbi ſuccus eſt ⁊ agitando coques ad lentū ignē donec amolentum[ꝯ] fiat depoſito ab igne cacabo mittes ceram ⁊ reſinam ⁊ cum iam non coinquinauerit digitos: in mortario mittes ⁊ cum ſpata malaxabis ⁊ duces in pellem vteris vbi tibi neceſſe fuerit. Optima autem fiunt ⁊ cataplaſmata que fiunt ex dactylis ⁊ panis mica ⁊ vitellis ouorum ⁊ glaucio[ꝝ] ⁊ croco ⁊ farina ordei compoſita. Etenim digerunt ⁊ mitigant ⁊ molliunt ⁊ rumpunt apoſtemata ignita ⁊ dura. Uſi ſunt autez nonnulli etiā de ſtrigno[aa] ⁊ coriandro. Ego autem hec recuſo ſicut ⁊ ſtipteream[bb] habentia ⁊ alia que ſunt ſtiptica deprimunt enim materiam in profundo ⁊ non ſine periculo.

¶ Si ex flegmatico humore parotide fiant. Caplm. CXXIX.

Tempus igitur cogit nos mutari ad eas parotidas que quidē nihil hn̄s doloris aut reſiſtentis humoris ſed mollis magis tumor exiſtit: que ex flegmatico generantur hu-

p Capitelluz eſt aq̄ ſaponariorū .ſ. lexiuiuz q̄ ſit ſapo. Jaū.
q .i. nucis parue.
r .i. ſpume nitri.
s .i. apati cholice.
t .i. vino cocto.
v .i. partarie.
x .i. reſine.
y Hec eſt figura ſeu caracter ſextarij Jaū. i vocabulo ſextariꝰ.
z .i. leuē vl lētē.
& .i. nouū pſilliū.
ꝯ .i. non inuiſcās digitos.
ꝝ .i. memithe ⁊ ē herba frida ſimilima papaueri cornuto Ja.
aa .i. morella.
bb .i. alumen de pluma.

more. In his igitur expedit aut chimolea trita in modum cataplaſmatis inducta aut calcantum[a] ſimiliter ſuperungendum eſt: tamen prius butyrum. Aut calx viua lauata ſuperlinita bene iuuat ⁊ inflatos tumores digerit vel euentat. Herbus[b] cum melle cataplaſmatus ſiue cum mulſa ſatis deſiccatiuam ⁊ euentatiuam habet virtutem.

a .i. vitreoli ſpēs
b .i. orobus.

De dieta. Caplm. CXXX.

Dieta autem vtantur ante omnia conuenienti ⁊ expedienti maxime ad ſubiacentem paſſioneꝫ ex qua fuerit cauſa generata. Qḋ ſi ex cholerico fuerit humore generat a temperato cibo ⁊ qui infrigidare poſſit vtantur. Conuenit igitur accipere ſuccum maxime ptiſane ⁊ alice[c] ⁊ citri ⁊ ſimilia bene cocta ſimiliter ⁊ ouorum vitella his vtilliṁa ſunt. Et malue ⁊ caules. Declinante autem flegmone ⁊ aſperatiles[d] piſces ⁊ pipiones: ⁊ domeſticoruꝫ pullorum extreme partes. Sic enim ⁊ in omni diuerſitate parotidarum oportet vti infirmantes. Si autem ſine febribus fuerint etiam ſi in initio piſces aut acres[e] cibos aut pipiones accipiant nihil nocet.

c Alica eſt genus frumēti quidaꝫ ſpelcam putāt.
d .i. ſquamoſos.
e .i. acutos.

De narium paſſione. Caplm. CXXXI.

In his que contra naturā ſunt polippi in narib⁹ naſcuntur. Scḋo autē vlcera in naribus nata oçime vel oçene appellantur. Quando auteꝫ contra naturam fluxus ſanguinis fit aut in febrib⁹ aut cretica exiſtit determinatio: aut plenitudo vel eruptio vene effuſioneꝫ ſanguinis facit. In primis ergo de oçimis dicēduꝫ eſt: qui de ſuperfluis humoribus cū acredine ⁊ putredine fiunt. Qḋ ſi ſola acredo[f] fuerit difficile ſanitatem vlcus recipit qḋ ⁊ fetet peſſime. Curatio autem vtriſqꝫ cōmunis eſt oçimis ⁊ polippis deſiccare in primis ⁊ confortari caput manifeſtum eſt: qꝛ de ſuperfluis humoribus ⁊ peſſimis fluit[g] in nares. Propter quod oportet confortari caput totū vt nullus ex eo ſuperfluus humor inferiores occupet partes. Dictū eſt enim ſepius vt cū capiti adhibueris fortitudinem tunc naribus adhibebis localem curaꝫ. Ad corroborandū igitur hoc modo vteris deraſo quidem capite imponenduꝫ eſt emplaſtrum diatheteon. Aut barbara qḋ bitumen ⁊ picem recipit ⁊ maxime a Haleno aut certe a nobis ꝓbatum. Diamomenis emplaſtrum ad hoc ſcriptum: necnon etiam propriū medicamen qḋ ex cocleis hoc modo conficitur ſmirnis[h]. libani[i]. aā. ʒ. j. cocleas interiores integras in petris inherentes numero ducentas quibus tritis addes ceraꝫ cum ouorum albuminibus duobus ⁊ factum medicamen impones capiti cum linteo diebus nouem continuis. Et ſi malis humoribus infectum detineaẗ tertio hoc adhibeas. Poſt hec localia adhibebis adiutoria. Malorum granatorum tria ſunt genera dulcia acria ſtiptica. Ex his tribus ſigillatim tundantur recentia ⁊ matura que trita exprimantur ⁊ ſuccum ipſorum mittes in vaſe ſtagneo ⁊ poſtmoduꝫ coques: ſic tamen videatur ꝙ ſatis ſit liquidum: qḋ aūt expreſſum fuerit .i. membranorum partes mittantur in mortario ⁊ terantur diligenter vt poſſibile eſt. Poſtq̄ꝫ autem ⁊ tritum fuerit reſolues iterum in mortario cum ſucco ⁊ facies inde collyria talia vt in naribus eius poſſint recipi qui curandus eſt. Imponenda ſunt in narium meatus in quibus polippus eſt: nam ſine mordicatione ⁊ cōpaſſione iuuat acredo medicaminis: ⁊ in tempore multo amputat eum. Si aūt humidior ⁊ mollior polippus tibi eſſe videẗ amplius mittes auſtera[k] malagranata. Si ꝟo durior acida minus. Et quia difficile eſt ſuſcipere collyria propter hoc: vt iteꝝ pauſare poſſint hi quibus non imponis ea expreſſum ſuccum imittes: eteniꝫ ſi ad aliam[l] deſcenderit[m] linies partē ipſam de quo[n] vteris in naribus que eſt ad naris foramina .i. palatiꝫ de ſucco maligranati expreſſo: vteris auteꝫ penna aut lana inuoluto ſpato melle: aut de pino[o]. Puluereꝫ aūt ſine mordicatione ſcio ad hoc valentiſſimū qualis eſt defrigis[p]. Huic enim non eſt vnuꝫ genus ſed ex quatuor metallicis ſpeciebus cōponitur .i. calcanto[q] calciteo[r] calcucecaumenō[s] ⁊ miſeos[t] ante accipies ⁊ ſigillatim teres cum aceto. Poſtea aūt totas quatuor miſcebis teres cum vino donec ſit glutinoſum ad mellis ſpiſſitudineꝫ ductum ⁊ tunc mittes medicamen in olla noua ⁊ coperculū ſuperpones ⁊ linies de creta ⁊ in furno mittes vt redeat donec carbones fiant: ⁊ cum iterum foras tuleris cū vino teres ⁊ puluerē factuꝫ repones ⁊ vteris vbi neceſſe fuerit. Iſte ꝟo puluis cōſumit diuturnos multum exiſtentes polippos. Probaui etiā predictū collyriuꝫ qḋ fit ex maliſgranatis ſi ex eo fiat puluis ⁊ bene teratur ⁊ ad tricocinum mittatur ⁊ puluis ſubtilior inſuffletur. Aut cuꝫ ſpato melle apponatur: hoc aūt frequenter faciendum eſt vt nunq̄ꝫ minus[v] ſit medicamen patienti loco: facile enim ſub hac miſſione ſoluiẗ quēadmodum in oculis frequens preſtat inunctio. Lauabis aūt vt ſupradictū eſt ex predicto ſucco vel vino. Qḋ ſi nō ſufferat aliquis delicatus exiſtēs corpore vt ſi eunuchus aut mulier ſit predicta medicamina ſi inſuper irritetur ſiccas roſas teres vel tundes ⁊ cernes[x] diligēter ⁊ ſine mordicatione ſimiliter ⁊ mirabiliter operabunẗ. Certū eſt aūt qḋ iſta medicamina frequēter ſunt adhibenda. Lauari aūt opꝫ ex eo ipſo adhibito labore. Qḋ ſi vlcera in narib⁹ fuerint effecta ſuper ea trociſcis curam adhibebis quales ſunt Andronius[y]: aut Paſſianus: aut Poliodus: aut Bitinius: aut is qui a me confectus eſt aliquando cū cum vino dulci. Aliquando cum auſtero ⁊ modo cuꝫ mediocri: modo ꝟo cum veteri ſm̄ accidentia paſſionis vſus ſum medicamine. Quod ſi aliquis diues me rogauerit vt bene redoleret medicamen conſideraui ꝙ adhibeatur eo qḋ bonum eſt ad oçiuas[z] ⁊ poſſet eas ſanare ⁊ odorem bonum reddere vſus ſum medicamine quod vocatur idiacrion[⁊] reſoluens illud cum falerno veteri vino ⁊ miratus ſum quomodo tam cito paſſio eſt curata. Dicta eſt confectio idiocrion in tyrie[ꝯ] antidoti confectione quam Halenus compoſuit. Et emplaſtrum diapipercon leucon[ꝫ] ſolutuꝫ cū oleo roſato ⁊ in naribus illinitum omnia vlcera mirabiliter ſanat. Manifeſtum eſt autem in his paſſionibus: quia conſiderata vniuſcuiuſqꝫ natura corporis ſi nihil impediat ſanguis detrahatur etiaꝫ catarticū dādū eſt: ⁊ dieta obſeruāda ⁊ caput radēdū eſt. Et medicamētis deſiccandū ⁊ apoflegmatiſmi[aa] adhibēdi ſunt.

k .i. ſtiptica.
l Partem .ſ.
m Polippus .ſ. verſus palatum vł polippi māꝫ
n Eo medicamine .ſ.
o Baculo ſcḋ .ſ.
p Nomen pulueris qui ſequiẗ.
q Eſt ſpecies vitreoli.
r Alia vitreoli ſpecies.
s .i. ere vſto.
t .i. vitreolo rubeo.
v Quam debet
x .i. cribellabis.
y Trociſcus.
z Vlcera narium
⁊ Vide quoto antidotarii Auicenne pma tractatus ꝑ⁹ trociſc⁹ diaracuron in tex ꝯfectioneꝫ tyriace his ſuꝫ ꝯ nominatiā crion.
ꝯ .i. tyriace.
ꝫ .i. album.
aa .i. medicine ponentes flegma a capite.

Ad ſanguinis fluxum de naribus. Cap. CXXXII.

Platani pilas[bb] colligens ſiccabis eas vmbra ⁊ in cilicio aſpero ⁊ fricabis ipſas pilas ad ciliciū. Sin minus[cc] in qualicūqꝫ: in qualicūqꝫ cilicio fricabis ⁊ ſemētes proycies: ⁊ illā mollitiem[dd] colliges ⁊ repones in vaſe fictili nouo. In vſu autem illa lanugine platani implebis calamuꝫ auferens[ee] ſi quos nodos habuerit ⁊ reſupinato egro in nareꝫ patientis mittes ⁊ inſufflabis: ⁊ mirabiliter ſiſtet ſanguinis fluxum. Item calcantum[ff] teres diligenter ⁊ repones. cum aūt vſus exegerit raſuram lintei intinges in medicamine ⁊ impones naribus. Itē aliud ſpongiā nouā in pice liquida infuſaꝫ incēdes: ⁊ vſtura illa linteū tortū inunctū narib⁹ imittes. Itē aliud ouoꝝ teſtarū tritarum partes duas: galle aſiane partē vnā teres ⁊ linteum totū aqua infundes ⁊ in puluere ipſo inuolutū in nares mittes. Itē confectio pulueris qui diciẗ exāgia quo ego vſus ſum calciteos[a] vſti. ʒ. c. calcāti[b]. ʒ. l. miſeos[c] aſſi. ʒ. xxx. calcucecaumenon[d]. ʒ. vij. ⁊ ꝭ. teres ⁊ vteris. Iteꝫ aliud ſmirnis[e] ſceuie[f] miſeos[g] cipri. aā. ʒ. ix. calcanti[h]. ʒ. vij. corticuꝫ pini lepidoſcalcis[i]. aā. ʒ. iiij. libani[k] manis. ʒ. iiij. calcucecaumenon[l] calciteos[m]. aā. ʒ. xv. ambeſti[n]. ʒ. ix. gipſi aſſi. ʒ. iiij. teres ⁊ vteris. Itē aliḋ ſtimeos[o] calciteos[p]. aā. ʒ. vj. mannis[q] libani. ʒ. ij. reſine frixe. ʒ. iiij. facies puluerē ⁊ vteris. Qḋ ſi in naribus peſſimus odor ſit myrre achatie anthimonij. ʒ. ſingulas teres: ⁊ cernes ſed addes mel coctū: ⁊ ex hoc glutinent ſibi extremas nares vel cartilagines hi q̄bus iam mederi nō poſſumus vt odor fetidiſſimus opprimatur.

bb .i. baccas.
cc .i. ſed ſi mi⁹ fricueris.
dd .i. lanuginē.
ee A calamo vel lanugine.
ff Eſt ſpecies vitreoli.
a Eſt ſpecies vitreoli.
b Eſt ſpecies vitreoli.
c .i. vitreoli rubei.
d .i. eris vſti.
e .i. myrre.
f A loco.
g .i. vitreoli rubei.
h Eſt ſpecies vitreoli.
i .i. ſquame eris
k Mānis libani .i. minuti thuris
l .i. eris vſti.
m Eſt ſpecies vitreoli.
n .i. calcis viue.
o .i. anthimonij.
p Eſt ſpecies vitreoli.
q .i. minuti thuris

De liuore in facie. Caplm. CXXXIII.

Si liuores fiant in facie fomentādi ſunt aqua vbi mellilotū ⁊ fenugrecū fuerint cocta. Poſt fomentationem ꝟo cum inunges ipſa aqua ex diarodon collyrio. Ad recentes ꝟo liuores cataplaſma facies de farina fabe cum melle: ⁊ impones. Cum flegmone aūt liuores fomentabis aqua calida ⁊ cataplaſma decoctis lenticulis impones.

De dentium cauſis ideſt paſſionibus. Caplm. CXXXIIII.

Galenus de dentiuꝫ paſſionibus. Aliqua enim omnib⁹ manifeſta videnẗ quēadmoduꝫ in omnibus paſſionibus: aut enim forati ſunt aut nigreſcunt aut retundunẗ aut neqꝫ calidū neqꝫ frigidū ſuſtinent ſed ⁊ vtriſqꝫ[r] aut ex alio ſolo cōtingit pati dolorē: aliquando aūt nō videnẗ manifeſte que in eis ſunt paſſiones: ſicut quando qui patitur ſentiens dicit in ipſo dente dolorem in profundo factos: ⁊ ecōtrario reſpōdēt aliqui dicētes dens os eſt: ⁊ ſine dolore poteſt[s] eſſe: qꝛ os inſenſibile eſt: aut propter alias occaſiones: qḋ[t] poſtmodū erit dicēdū. Nunc aūt volumus ſine logica ⁊ phyſica oſtēdere ꝓbarē his qui dicunt ipſum dentē dolere nō poſſe. Etenim quādo dolui diligentius a meipſo cognoui ſicut audiueraꝫ altercationes[u]: qꝛ nō ſolum dolēt dētes: ſed etiam conſtringūtur ⁊ circūdanẗ. Similiter aūt ⁊ inflāmationes patiunẗ. Unde mirabar ſi hec paſſio que vocaẗ flegmon in dentibus fieri poſſet lapidoſam ⁊ durā ſubſtantiaꝫ habentibus. Et enim in alio tēpore dolui dentē ⁊ manifeſte ſenſi nō in ipſo dente: ſed in gingiuis dolorem eſſe inflāmatis. Ergo ex hinc magis oſtenduntur partes. cū enim inflationes nō cedūt oppreſſione dolent. Sed in eis que incuniantur dētibus duris exiſtētibus augmentatur dolor: ⁊ ꝓpter oppreſſionem dolent: vt vtreqꝫ ſenſibilitates in experimēto ſint. Alia enim eſt in gingiuis: alia aūt in ipſius dētis ſubſtātia. Manifeſtum enim ſcio ⁊ teſtimoniuꝫ perhibeo his qui dicunt dentes dolere: qꝛ in neruo qui ſurgit in radicibus dentium ⁊ circūligaẗ: ⁊ in membranis q̄bus circūtenetur in ipſis orta inflatione dolor augmētaẗ. Et vt manifeſtius cognoſcas nō dentē: ſed neruū aut mēbranā dolere. ablato enim dente qui dolet dolor minuiẗ: nō q̄ tolliẗ: ſed quia nō opprimiẗ locus qui flegmonē habebat: ideo liberior eſt effectus ab oppreſſione ⁊ dolor ceſſat. Gingiuis enim ex flegmone dolētibus optimuꝫ eſt medicamen ſi oleum ſicionium[x] calidum in ore teneatur. ſit autem nouum: nam vetus nihil iuuat. In duplici ꝟo vaſe calefacias ⁊ vteris. hoc enim de preſenti iuuat flegmones in gingiuis. alia igitur medicamenta ſtiptica ſunt adhibenda que reprimant: aut certe que digerant.

r .i. calo ⁊ frido
s .i. debet.
t Veri ſit in hoc dubio.
u Vel altercationes opinionuꝫ.
x .i. de radice cucumerꝭ agreſtis

De dentium dolore cura. Cap. CXXXV.

Dolente autē dente galla aſiana cuꝫ aceto cocta ⁊ in ore tenta iuuat: ſilr̄ auteꝫ ⁊ teda[y] in aceto cocta. Item titimalli radix in vino cocta ad medietatem: ⁊ in ore tenta in ipſa parte. Item iuſquiami radix in oxymelle cocta ⁊ in ore tenta in ipſa parte. Item qḋ confeſtim mitigat dolorē: allei ſpicas numero. v. libani obolos[z]. iiij. ⁊ mitte articulos[⁊] duos de ramo ſublatis: tamē folijs ſigillatim teres. Similr̄ ⁊ alleuꝫ ⁊ libanū: ⁊ ſic poſtea ſimul omnia miſce ⁊ mitte in olla noua ⁊ ſupermittes aceti eminam vnā: ⁊ dum bullierit agitabis de ſpatula tede donec remaneat tertia pars: ⁊ ſic tepido vtaris. Oportet aūt omnem humorē[ꝯ] in illo loco contineri vbi dens dolet multis horis hoc eſt donec ipſe humor ibidem deficiat. Item in magnis dentium doloribus mirabiliter facit ſerpentis tunica: vbi[ꝫ] eniꝫ ſe expoliauerit: colliges ⁊ incēdes: ⁊ cum oleo ad mellis craſſitudinē teres purgabis dētem: ⁊ ſuppones omnia circūliniens dentē: ſi cauus fuerit intromittes ⁊ iuuat. Item origanum teres cum nitro ⁊ puluerem ſperge in gingiuis mox ceſſabit dolor. Item opiuꝫ quirinaceum[aa] ⁊ piper equali menſura cum galbano in dentem pones. Item anodinuꝫ medicamen ad comeſtos dentes: facit eniꝫ ad tuſſim bene opij ſmirnis. aā. ʒ. ij. ⁊ ꝭ. ſtoracis. ʒ. iij. piperis albi triti ⁊ cribellati galbani. aā. ʒ. j. ſape qḋ ſufficit tūdes ſimul ⁊ facies paſtillos qui poſſint in foramine dentis intrare ⁊ de cetero medicamine dentem inuolues. Qḋ ſi molaris dens doleat ipſa hora pauſabit. Item aliud piperis pyretri ſucci titimalli galbani. aā. ʒ. j. teres ⁊ ſupmittes galbanum ⁊ inde mittes in cauatura dentis. Item ad dentes comeſtos opium ſilphium[bb] aut eius radices ⁊ galbanum mittes cum pipere: aut opium cum galbano aut opoponacum mittes ⁊ inuolues iuuat. Item mirice[cc] ſtipteree ciſtis. aā. ʒ. iiij. oppoponacum obolos. iij. piperis albi. ʒ. ij. teres ⁊ miſcebis gummi infuſi in aqua. ʒ. ij. omni autem penſuꝫ cere duplū in aqua calida ſolues ceram: ⁊ ſic miſcebis ⁊ conficies ⁊ vteris. Item trociſcus ad dentium dolorem conficitur ſtipteree cyſtis. ʒ. iiij. piperis. ʒ. ij. pyretri. ʒ. ij. iuſquiami ſucci. ʒ. iiij. teres cum aceto ⁊ fac trociſcos ⁊ tenebis in ore. Item ad dentium laxationem ⁊ gingiuas comeſtas cum digito tanges loca ſalis armoniaci ſtipteree rotunde. aā. ʒ. ij. myrre. ʒ. j. facies autē puluerem ⁊ vteris. Item ad dentium corroſiones vel comeſtiones cornu cerui vſti ſalis armoniaci. aā. lib. j. maſticis ſquinanti. aā. ʒ. ij. myrre. ʒ. j. facies autem puluerem ⁊ vteris. Item vt denteꝫ digitis apprehenſum tollas purgabis eum ante bene. Roſas gallas aſianas ſtaphiſagriam ſtipteree cyſtim ſulphur viuum piper longuꝫ teres ⁊ facies puluerem ⁊ cedrie[dd] admiſcebis lib. iiij. ſolues ⁊ ceram ſupermittes ⁊ malaxabis bene ⁊ ex eo circūlinies dentem. Item ad dentes commotos quo Halenus vſus eſt verba ſunt ipſius: ac a me confecta.[ee] Ad dentes comeden/

y Eſt lignuꝫ pingue vel pini vel abietis. Ian.
z Obolus eſt pōdus .xij. granorum. Ian.
⁊ .i. ramulos.
ꝯ Medicine predicte.
ꝫ Ubi ꝓ poſtq̄.
aa A loco.
bb Eſt herba de qua fit aſa.
cc .i. geneſtre.
dd .i. gummi cedri.
ee Medicina.

tes ſe:experimentata ⁊ ꝓbata a me magnã hĩc virtutem quã dignã ſe [a] exiſtimaui ſcribi. Que facit ad frigidas paſſiones dẽtiũ in eis q̃ fride aque potatione plus debito aut niue aut pomis frigidis humores de capite in dẽtes fluũt mirifice iuuat. Sed prius apoflegmatiſmis [b] vtanẽ: ⁊ ſic poſtea hoc medicamine vtanẽ. Naꝫ ſi ſine humorib⁹ frigor fuerit hoc ſolo medicamine curabunẽ: vti aũt eo poſt apoflegmatiſmũ eſt: q2 nõ ſolũ euacuabiẽ qui nocet humor: ſed ex eo effectã paſſionẽ amputabit. ⸿ Cõfectio aũt medicaminis hoc modo fit. Accipe duas herbas que dicunẽ pdiciados [c] ⁊ ſideritis [d] ſiccabis eas in domo paulatim exurẽs ſine ſole: vt neqꝫ humide neqꝫ ſicce ſint ſaltẽ ita vt eas tundere ⁊ cernere poſſis ⁊ vſtulabis intantum vt expedietes [e] fiãt. Nã corrũpenẽ virtutes earũ ſi amplius vtanẽ: in altera aũt olla vres ſalẽ frictuꝫ cũ ſtipterea cyſtis [f] ita vt mel ſubycias ⁊ ſic cũ eis que ſunt vſta hec admiſcebis tuſa ⁊ crebrata ſubtili tricocino: ⁊ iterũ in mortario diligẽter teres. Meli⁹ ãt erit medicamẽ ſi ſubtiliſſimũ fuerit factũ. Uti aũt eo opꝫ ſolos dẽtes fricãdo abſqꝫ gingiuis. Si aũt ↄtigerit eas humidas eſſe vel infuſas vltimũ eſt eis medicamen hoc ſiccatiuã hñs virtutem inquãtũ diligẽtius fuerit tritũ vtilius eſt humidis gingiuis: ↄtiũ aũt ſiccis. Poſt gingiuas aũt radices dẽtiuꝫ fricato quẽadmodũ ⁊ dẽtes. Miſcẽde ſunt etiã ad cõficiendũ medicamen ſpẽs hoc modo herbaꝝ vſtaruꝫ ſint. ʒ. xvj. Eoꝝ aũt que cũ ſtipterea mixta ſunt ⁊ vſta. ʒ. xij. ſit aũt herbaꝝ mẽſura equalis anteq̃ꝫ vtanẽ: ſalis aũt vſti quatuor ptes ↄtra ſtiptereã. Alie aũt ſpẽs non ſunt vrẽde ſed ſiccaꝝ puluis eſt imittẽdus cũ eadẽ mẽſura ⁊ pẽſo: origani comaꝝ. ʒ. ij. pipis. ʒ. iij. pyretri. ʒ. ij. coſti. iij. iris illiricon [g]. ʒ. v. apij ſeminis. ʒ. iij. mẽthe ſicce ſiſeleos hyſſopi cornu cerui vſti aut caprini. añ. ʒ. ij. Si aũt regi ↄfeceris mitte cinamomi. ʒ. ij. Ad laxatos dẽtes aũt ego ſum vſus calcucecaumenon. ℥. j. comaꝝ galli trici. ℥. j. ſtipteree [h] cyſtis. ℥. iij. ſtrongili. i. ariſtologie rotũde. ℥. iij. nardoſtochy [i]. ℥. ij. folij. ℥. j. piperis albi. ℥. j. pyretri. ℥. v. tundes aũt omnia ⁊ appones gingiuis vſqꝫ ad radices dentium.

a .i. Galeno.
b .i. medicis educentibus flegma de capite.
c .i. paritaria.
d Eſt herba cui⁹ ſuccus eſt ſanguis draconis Jañ. auctẽ Serapionis.
e Ad terendũ ⁊ cribellandum.
f .i. alumine de pluma.
g A regione.
h .i. aluminis.
i .i. ſpice nardi.

⸿ De ſquinance vel ſinance. Caplm. CXXXVI.

**SInancis** aũt paſſio plus q̃ꝫ alie paſſiones acuta eſt ex gule cã aut colli ſuffocationẽ infert patiẽtibus. Unñ ⁊ ſinancis iſta paſſio merito appellaẽ: q2 ſatis acutiſſima eſt: ⁊ cito piculuꝫ infert. Unde neceſſe eſt vt citius cura ei⁹ ordineẽ. Sed qm̃ oẽm curationẽ cognitio p̃cedit cãe: neceſſe eſt ſciri ſubſtãtiã paſſionis ⁊ cauſas ipſius ⁊ dĩas ⁊ cognitionẽ vniuſcuiuſqꝫ eaꝝ. In initio igiẽ q̃ fuerũt medici ⁊ antiq̃ q̃ꝫ plurimi oẽm ſpẽm flegmonis circa gulã factã ſeu que intrinſecus ſeu extrinſecus oppreſſerit ſuffocatio ſinãceꝫ nominauerũt. Sed poſtea diuiſerunt ipſum flegmonem in quatuor differentias. Interiorem aũt feruoreꝫ muſculorum ⁊ gule vocauerunt ſquinancem: extrinſecus ꝟo peraſquinancem dixerunt. Similiter autem intrinſecus flegmon ſinanceꝫ facit. Extrinſecus ꝟo peraſinancem. His itaqꝫ ſe habentibus dicemus vniuſcuiuſqꝫ ſpeciei competentem curam.

⸿ Curatio ſinancis. Caplm. CXXXVII.

**SCire igitur** vniuerſaliter oportet quia neqꝫ ſoluꝫ reprimentia adiutoria in hac paſſione adhibenda ſunt: neqꝫ diaforetica: ſed mixta ſunt offerenda. Attẽdẽdum eſt etiam tempus in his: vt qñ diaforetica: qñ reprimẽtia offerenda ſint ⁊ qñ miſceanẽ. In initio quidẽ paſſionis cũ adhuc reuma ſupcurrere videẽ ea que reprimãt amplius eẽ opꝫ. Si aũt in ſtatu fuerit ꝑperare diaforetica ſũt adhibẽda medicamina. In declinatiõe aũt poſita adhuc fortiora magis ſunt adhibẽda medicamina diaforetica. Qui eniꝫ ſolis vſi ſunt calaſticis [k] adiutorijs ſeu extrinſecus ſiue intrinſecus iſti magnuꝫ malũ ipſi cauſe intulerũt. i. ſuffocationẽ acutiſſimã ⁊ inflãmationis augmentũ ita vt multi vix euaſiſſent: alij etiã periculum mortis incurrerũt. Non ſolũ enim opꝫ tẽporib⁹ deſeruire: ſed etiã virtutẽ medicaminũ ↄſiderare. Leuiora enim ⁊ imbecilliora vel molliora medicamina his adhibẽda ſunt qui molli ⁊ delicata ſunt habitudine: quales ſunt eunuchi ⁊ mulieres ⁊ viri q̃ ſunt cãdidi: q̃ aũt duriores ſunt corpore ⁊ nigri his fortiora ſunt adiutoria adminiſtrãda. Etenim quẽadmodũ in duris ⁊ fortioribus adiutorijs oblatis cõſentiẽte nã maluꝫ opprimiẽ: ita in delicatis corporib⁹ dum fortiora nõ ſuſtinẽt oppreſſa nã a malo victa ſuccũbit. Propter qđ diligẽter attendere opꝫ vt ↄ̃ria adhibeanẽ paſſioni: ꝓpa aũt que ſunt amicabilia habitudini corporis miniſtranda ſunt vel que ſufferre poſſit natura.

k .i. repercuſſiuis.

⸿ De ſimplicib⁹ adiutorijs. Caplm. CXXXVIII.

**DIcemus** ergo nũc iam qualia adiutoria ſunt ſimplicia ⁊ leuia: ⁊ qualia ſunt fortia ⁊ que ſunt que op⁹ nõ hñt miſceri ⁊ que in diamoron miſcenda ſunt. Simplicius ergo eſt de ſucco mororum ⁊ melle cõfectũ. Et hoc facit ad incipienteꝫ flegmonẽ tẽſillarũ [l] vue ⁊ gule ⁊ ne ſimpl'r dicã ad oẽm mediocrẽ tumorẽ ⁊ maxime mollioribus carnibus ⁊ cãdidis cõſiſtentib⁹. Cõpoſitũ aũt medicamen diamoron nõ ſolũ facit in p̃ncipio: ſed in ſtatu habẽtibus flegmonẽ: fortius eniꝫ ⁊ diaforeticũ eſt ſi myrrã accipiat: ⁊ multi qdẽ ab initio ſic cõfectũ cuꝫ myrra dant. Sed melius eſt in ſtatu offerri q2 diaforeſim [m] ⁊ digõnẽ facit humoꝝ. Tũc etiã ⁊ ſi de diabiſara ei admiſceatur modicũ aut aliqđ aliud antidotũ qđ diaforeſim p̃ſtet plus erit opatiuum. Qđ ſi iã incepit cal's ille flegmon ⁊ bulliẽs cadere ⁊ duricia q̃dã loci remãſerit: tũc ⁊ ſulphuris viui admiſcẽdũ erit modicũ ⁊ nitri in ipſa mẽſura medicamini ad diaforeſim faciendã. Et ſi aliquis ſpiſſus aut pinguis humor eſt ſufficit vt nitri habeat. ʒ. iij. ſulphuris viui. ʒ. j. Qđ ſi nõ ſuſtinẽt mordicationẽ medicaminis laborãtes: ſꝫ ⁊ ſtõchus in eis ſit imbecillior ⁊ ſubuertaẽ a medicamine fugiẽdũ eſt nitrũ ⁊ ſulphur donec linianẽ parichimie [n]: ⁊ ſufficit ſolũ diabroſaria [o] ⁊ mixtura aut pulegij: aut origani: aut calamẽti: aut hyſſopi: aut piperis: vt aũt nõ ſit aſperũ in faucib⁹ optimus eſt liquiritie ſuccus admixtus. Hec ſunt eniꝫ adiutoria ſuauia abſqꝫ leſione oblata oĩno his qui nõ poſſunt ferre fortiora medicamina. vt autem conficere volẽs q̃s nõ habeat opus iteꝝ in alijs querere radicibus nectiuꝫ exiſtimaui ⁊ ipſas tradere confectiones.

l .i. faucium.
m .i. reſolutionẽ
n Parichimia inquit Jañ. ab Alexãdro. c. dẽſignãtia dĩ ipm apa: ſꝫ Paulus p̃ichimias amigdalas faucium vocat.
o Cõfectio eſt de ſcripta in cap. ſequenti.

⸿ De confectione diamoron vel alijs medicaminibus ad ſinancem congruis. Cap. CXXXIX.

**DIamoron** ſimplicem ad ſinancem hoc modo conficis mororum ſucci. ℔. v. [p] coques ad millis liquidi ſpiſſitudinem. Poſt hoc ꝟo addes mellis. ℔. j. [q] ⁊ coques vt ſit ſpiſſitudo mellis. Uteris autem in principio his que reprimunt in ſtatu que digerunt: in declinatione ꝟo inflãmationem que mitigent. ⸿ Iteꝫ confectio diamoron mororum ſucci. ℔. j. [r] croci. ℈. vj. myrre. ℈. vj. olfacij [a] pulueris. ℈. iij. ſtipteree [b]. ℈. vj. mellis. ℔. ſ. dimittes autem ſiccari mororum ſuccũ hora vna ⁊ poſt ad ignem calefacies ⁊ modice fiat ſpiſſior. ⸿ Itẽqꝫ mittes mel ⁊ coques donec pingueſcat ⁊ ad tertiam partem conuertatur: ⁊ cum infrigidauerit mittes puluerem ⁊ vteris. ⸿ Item diamorõ quod confecit Galenus mellis lib. j. ſucci mororum cotilas [c]. v. vini auſtrei lib. totidem. Qđ [d] ſi non habeas olfacium oleuꝫ ſuccum mittes: ante autem bullire oportet ſuccus ſolos donec pingues fiant ⁊ ſic mittes ſemel: demuꝫ coques vt veniat ad mellis ſpiſſitudinẽ ⁊ ſic mittes puluerem ⁊ ſic coques iterum donec omnia in vnum cõmiſceant. he ſunt autem confectiones de mororũ ſuccis de arboribus. Sed de rubis mororuꝫ ſuccus ſimiliter confectus mirabiliter facit. ⁊ de malis cydonijs ſuccus ⁊ de maliſgranatis ⁊ de piris imaturis ⁊ neſpilis ⁊ ſorbis ⁊ prunis fieri poteſt. Manifeſtum eſt aũt in his ſtiptioribus pomis [e] miſcendum eſſe mel interdum etiam ⁊ duplum. Eſt autem quando ⁊ triplum omnia hec apta ſunt ſtomaticho adiutoria: ⁊ ſine periculo ſi glutiantur: q̃uis mediocriter iuuent tumores. ⁊ his quippe ſuccis miſcere oportet ea que in diamoron ſunt ſcripta. ⸿ Item de nucum corticibus ſuccis his fortior eſt modice: ſed ⁊ de rubis ⁊ maliſganatis [f] ⁊ cydonijs cõfectiones. Nam ⁊ confortatiuꝫ [g] apud ſtomachum habent. ℞. auteꝫ hec diacarei [h] confectio auguſto mẽſe colliges nuces ⁊ cortices exteriores colliges ⁊ moꝝ in pila [i] tundes ⁊ cum colaueris ſuccuꝫ ante modice coques: admiſcebis ⁊ modicum mellis: vt ſcriptum eſt in diamoron: ⁊ iteruꝫ coques ad mellis ſpiſſitudinem. ſi quis ergo ipſum [k] ſolum bibere voluerit ſine aliqua mixtura: faciat vt admiſceaẽ infantibus ⁊ mulieribus ⁊ magis in initio paſſionis. Si autem ⁊ myrram ei admiſceas facit ⁊ in ſtatu paſſionis cum ſulphure ⁊ nitro mixtum ⁊ in declinatione ⁊ in quibus vt diximus durities vel conſtructiones ſunt in faucium locis. Hec autem dicta de diacareon ſufficiant confectione: quemadmodum ⁊ de diamorõ ⁊ aliorum pomoruꝫ [l]. Uſus ſum ⁊ alijs adiutorijs in quibus magne virtutes ſunt ad ſanandum ſynancẽ: de quibus in ſequentibus a nobis erit dicendum. In primis exponam mirabile adiutorium ad ſanandum ſynancem: ⁊ fortiſſimum ſatis ⁊ multos quideꝫ a maximis liberauit periculis ⁊ plurima habeo experimẽta. ℞. autem hec ireos piperis croci. añ. ℥. j. balauſtie. ℥. ij. roris ſiriaci [m]. ʒ. vj. vini. ℔. iij. ſape. ℔. j. mell'. lib. iij. ſtipteree [n]. ℥. j. confice ⁊ vtere. hoc enim adiutorio in omni tempore vti oportet: ⁊ maxime in quibus calefacere aliquid opus eſt ⁊ ſubtiliare que conſtructa ſunt nimis. Magnum eſt enim adiutoriũ ⁊ ſatis operatiuum: ergo enim experimentatum habeo hoc de biçara confectum. vocant autem alij hoc diacelidon: ⁊ diahermola: facit enim ad peſſimas ⁊ ad diſperatas ſynances hoc diabiçara antidotuꝫ. ℞. auteꝫ hec aniſi apij ſeminis ameos ſquinanti ſtipteree ireos biſſare quod quidaꝫ hinolam vocant que eſt rutha ſylueſtris. añ. ℥. ſingulas caſſie thuris crocomagmatis [o] roſarum ſiccarum. añ. ℥. j. filiorum hyrundinum cui eris recentis ℥. iij. croci. ℥. j. ⁊. ſ. nardoſtochy [p] amonij. añ. ℥. iij. gallas aſianas numero. ix. ſolues cum melle ⁊ vteris. Et hoc ſolo potes vti in medijs paſſionibus: ⁊ ſubtrahere ei [q] oportet virtuteꝫ imbecilliora [r] adhibendo ei: vt milium ⁊ roſas ſiccas: aut geſaſteron [s] aut lempinas frigidos [t] aut farinam ordeaceam ⁊ ſimilia: vt arbitratus fueris expedire. Similiter auteꝫ ⁊ ſi augmẽtare volueris ei virtutem vt fortius ſit adde ei nitruꝫ ⁊ elacterium [u] ſimul: ⁊ ſtercus columbinum aut vſtuꝫ aut non vſtum. Sed ⁊ canis ſtercus admiſcebis qui oſſa comedit quod album inuenis: ſi autem humanũ ſtercus admiſceas non vſtum: adhuc magis fortius efficitur medicamen. Oportet etiam ⁊ tempora attendere ad aliqua admiſcenda medicamina quemadmodum ſal armoniacum. hoc enim non ſolum reprimit ſed diaforeſim facit. Quod ſi brionie radicem admiſceas adhuc magis diaforeticum eſt medicamen: videlicet que ſatis diaforetica ſunt in illis vtenda ſunt in quibus iam nihil ſupercurrit: ſed duritiẽ habent multam inflammata loca. Et ſynapim factam ſicut cõſuetudo eſt manducandi admixtam oxymelli ſic tepidã gargariçent. Et tũc illinitũ diabiſſara medicamẽ mirabiliter iuuat qui [x] ſciroden [y] flegmonem habent. Oportet enim in omnibus reumatiſmis reprimere quod fluit ⁊ digerere quod ſuſceptum eſt ita vt non conſtipentur ſpirituales vel tranſgulentur. Strangulari enim contingit infirmantem cauſa ſuffocationis. Fortius autem efficitur illinimentuꝫ ſi admiſceantur antidoto diabiaſſare hec tria. dico autem ex hoc multos fuiſſe liberatos ſine flobothomo ⁊ catartico: ita q̃ nec opus habẽt infirmantes alio medicamine. Sunt autem hec tria canini ſtercoris ⁊ humani ⁊ elacterij [z]. añ. ʒ. ij. i. ℥. j. de diabiſſara antidoto admiſce ⁊ ampli⁹ ex eo miſceri oportet. Ita vt ſm̃ virtutem patientis ⁊ habitudinem attendas. Quod ſi execrabile iudicauerint [&] vt recuſent humanuꝫ ſtercus ſufficiunt iſta duo ſola: ſcilicet elacterium ⁊ caninum ſtercus ad liniẽdas perichimias [ꝯ] cum melle. Ubi autem non poteſt illiniri cum calamo inſufflatuꝫ hoc idem preſtat. Ut aũt non male oleat ſtercus ante tres ſola oſſa canis comedat: ⁊ ſic erit albũ ⁊ nihil mali. ⸿ Itẽ aliud raffani ſemen teres ⁊ cum oxymelle gargariçandum dabis ⁊ iuuabit ſatis: deducet enim humorem multuꝫ. ⸿ Itẽ aliud picen liquidam ⁊ nitrum cum melle ⁊ cedrie [ꝫ] modicum addens ſatis bene facit ⁊ ad diuturnas paſſiones ⁊ in ſciroſim cõuerſas flegmones. ⸿ Itẽ aliud gargariſma ſalicis folia coques in aqua donec mutet colorem ⁊ dabis ad gargariçandum. ⸿ Item aliud furfures ⁊ caricas çemam [aa] dabis ad gargariçandũ ⁊ maxime quibus tenſile [bb] habent ab initio flegmonem. ⸿ Item çema [cc] lenticularum ⁊ dactyloruꝫ dabis ad gargariçãdũ magis in initio paſſionis. ⸿ Iteꝫ aliud calcucecaumenõ. i. eris vſti. ʒ. iiij. nitri croci. añ. ʒ. ij. mellis quod ſufficit. mediocriter auteꝫ coques in vaſe eneo ⁊ vteris. ſatis enim benefacit quando in ſtatu eſt cauſa. Aliud abſinthium cum melle bene facit. ⸿ Item aliud ad eas que ſine vlcere ſunt ⁊ diuturne ſincopes. ℞. euforbij. ʒ. ij. mellis. ʒ. viij. Ante auteꝫ decoques mel bene ⁊ ſupermittes euforbium: facies autem cataputias [dd] ⁊ circũlinies ouo ⁊ dabis duas ad glutienduꝫ ⁊ fecundum [ee] reddunt ventrem ⁊ ſuffocationem tollunt. Multum enim operatiuum eſt hoc adiutoriuꝫ ⁊ ad glutinoſos ⁊ pingues humores ⁊ conſiſtentes flegmones ſine vlcere mirabiliter facit.

p .i. ſextarios.
q Sextarium.
r Sextarium.

a Olfaciũ ẽ ſuccus vuaꝝ albaꝝ imaturaruꝫ aut ipſom et vue ſicce ⁊ ſunt aliq̃ q̃ dicũt qđ eſt ſuccus moroꝝ plurimuꝫ ſiccatus. Jañ.
b .i. aluminis de pluma.
c Cotila ẽ põdus nouẽ vnciaruꝫ.
d Hoc refert nõ ad diamoron galie: ſꝫ ad aliõ pñ.
e .i. fructibus.
f Sunt apte ſtomacho.
g Eſſe.
h .i. dianucum.
i .i. mortario.
k Diamoron. ſ.
l .i. fructuum.
m Ros ſiriacus ẽ ſumach Jañ.
n .i. aluminis de pluma.
o Crocomagma igr Auic. ẽ fex croci: ſꝫ diaſcorides ſerapio dicũt q̃ ẽ ↄfecta i antidotario ſcripta ⁊ reperitur in diarrũdinis.
p .i. ſpicenardi.
q .ſ. pdicto medicamini cũ dat i medijs paſſionibus vel debilibus.
r .i. debilitantia virtutẽ eius.
s Eſt terra ſimilis gipſo. Ja.
t .i. terrã ſigillatam.
u Eſt ſuccus fructus cucumeris agreſtis. Jañ.
x Dis. ſ.
y .i. durum.
z Succus fruct⁹ cucumeris agreſtis. Jañ.
& Taliter. ſ.
ꝯ Perichimia inquit Jañ. ab alexãdro. c. deſignãtia dĩ ipſum apoſtema: ſꝫ plinius pichimias vocat amigdalas faucium.
ꝫ .i. gũmi cedri.
aa .i. decoctionẽ vel ius.
bb .i. fauces.
cc .i. decoctionẽ.
dd .i. pillulas.
ee .i. bonũ ⁊ laxum.

⸿ De flobothomia ⁊ catartico ac ventoſis ſynancis. Caplm. CXL.

**ANte omnia** quidem flobothomiaꝫ in ſynanticis neceſſariuꝫ eſt adhiberi. Sed non deſubito vel ſemel aut his ſꝫ per partes euacuandi ſunt ⁊ magis ex ipſo patiẽti loco propter quod ⁊ tertio ⁊ quarto eis afferri [ff] oportet

ff flobothomiã.

anguſtiam [a] ſolam fugientes. Nihil eniz amplius eos ledit ꝙ anguſtia in flobothomo ⁊ poſt flobothomuz. Et ſi aliqua cauſa non impediat ſub lingua non dubitabis incidere venas: ſed ne differas [b] in craſtinuz ſed die facito. Ego enim ſcio quēdam dum vrgeret neceſſitas mane flobothomatuz ⁊ in veſpere venas de ſub lingua fuiſſe inciſas ⁊ ſero dedi in ptiſane ſucco diagredium ⁊ ſic vix euadere potuit. Et alterum quidez ſcio quem mox flobotomaui de duobus brachijs non expectans alterum diem: ⁊ ſic dedi catarticum ⁊ ſuccuz titimalli ſtatim expreſſum de ipſa herba vt collecta fuerat. Hec autem potio habet menſuram. ℥.iij. vel plus vel minus. Hoc enim fit vbi fortis virtus eſt infirmantis ⁊ eſt etate iuuenillis ⁊ robuſtus. Et ſi egritudo augmētādo nō termineť nulla dāda eſt dilatio. Scio enim ⁊ phagitidas [c] inciſas fuiſſe venas non iuuentis [d] ſub lingua ⁊ mirifice fuiſſe iuuatuz. Et [e] mulieri cuidam de talo inciſas venas fuiſſe cognoſcens quia nō purgabatur menſtruis: pro qua re magis exinde ei expediebat detrahi ſanguinem. Et hoc etiam adiutorium duplex fuiſſe remedium manifeſtum eſt quoniam conſuetudo regreſſa eſt ⁊ a paſſione eſt liberata. Et hoc etiam in viris fieri oportet ſi emorroydas habeant in vſu ⁊ ſe ſubtraxerint in hanc incidentes paſſionem. Scire etiam nos oportet ꝙ ⁊ ventoſe neceſſarie ſunt in hac paſſione: ſed cum iam remouerit ſe ſupercurrens [f] materia ⁊ neqz plenitudo ſuſpicatur eſſe in capite ⁊ totum corpus iam non eſſe plectoricum. Supercurrente enim materia ⁊ locis adhuc reumatiçantibus ea que reprimant oportet adhiberi: ⁊ ea que extrahant humores remoueri. Et cum ceſſare ceperit ſupercurrens materia adhibenda ſunt que diaforeſim [g] faciant. Tunc enim ⁊ ventoſe adhibende ſunt ⁊ fomentationes ⁊ emplaſtra ⁊ cataplaſmata quando iam nullus eſt timor ſuperuenientis humoris. Nam antea ventoſe euacuatio ⁊ ſcarificatio plus faciunt ſuperuenire materiam.

- a .i. foraminis ſtrictura in flobothomia.
- b Inciſionez venarum.
- c Phagitide vene ſunt infra fauces infra os que flobothomatur vice venar que ſub ligua. Jan.
- d Venis.
- e Scio.
- f A capite .ſ.
- g .i. reſolonem.

De his que extrinſecus ſunt adhibenda in fomentationibus ⁊ cataplaſmatibus. Cap. CXLI.

Fomentationes autez ⁊ cataplaſmata extrinſecus īponi collo oportet [h] lanas oleo infuſas. Aut cerota mollia de cera ⁊ butyro ⁊ adipe anſerino confecta. Cataplaſmata vero adhibenda ſunt que diaforeſim [i] facere poſſunt ⁊ digerere humores. i. de ordei farina ⁊ lini ſemine ⁊ dactylis coctis in ſapa [k] ⁊ croco ⁊ mica panis ſimul coctis. Fugere autem oportet que ſoluz laxant cataplaſmata vel ea que nimis reprimunt. Diuturnis autem ⁊ duris iaz effectis flegmonibus carice [l] erunt tunc admiſcende. Bonum autem eſt ⁊ lappatium ⁊ adipem ⁊ nitri modicum adhiberi. Educi enim oportet materiaz extrinſecus quod per ſe natura facere feſtinat. Et fomentationes in diuturnis ⁊ ſcyrodicis [m] paſſionibus adhibende ſunt ex aqua calida vbi camomilla herba ⁊ euiſcus fuerint infuſa ⁊ excocta. Si vero ⁊ lauri admiſcebis folia ⁊ maxime ſi frigidum humorem infixum videris plus iuuat.

- h .ſcilz.
- i .i. reſolonem.
- k .i. vino cocto.
- l .i. ficus ſicce.
- m .i. duris.

De dieta ſynanticorum. Cap. CXLII.

Dieta autem vtanť primo aquoſa mīta que valeat extenuare ⁊ purgare per vrinam ⁊ ventrem. Dari autez oportet quod pulmo ⁊ thorax ſuſcipiat: ⁊ extenuet loca in pulmone ⁊ thorace. Miniſtranda eſt ergo mulſa tribus diebus. Poſt tres vero dies ⁊ ſuccuz ptiſane dabis: habet enim in ſe aliquid quod ſubtiliet ⁊ proyciat ⁊ nutriat ⁊ feruorem infrigidet. Jam autez extenuato flegmone ⁊ minorato neceſſe erit ⁊ ouorum vitella dari molliſſima ⁊ non multū. Sub nimijs eniz cibis mox ſuffocantur ⁊ iterū periclitantur. Oportet enim abūdantiam cibi fugere velut magnum malum. Si eni in periculo ſunt modico cibo accepto quanto plus ſi plus accipiant eſtimandum eſt. Hec enim ſufficiāt de ſynanticis ⁊ ſquinanticis dixiſſe. Eſtimo enim me nihil pretermiſiſſe neqz de diete cauſa: neqz aliquod aliud de curatione. Et ſi enim aliquid pretermiſi ⁊ hoc inueniet quis hoc ipſum legendo: ⁊ poterit cōycere [n] omnia ſi ſenſu fuerit capax.

- n .i. cōiecturare.

De ſignis pleureticorum. Cap. CXLIII.

Pleureſis eſt acutiſſimus dolor lateris pleureſis. Non eniz omnis dolor lateris pleureſis nominatur. Inflammatio [o] enim eſt in latere dextro vel ſiniſtro orta in epigoroto membrano. i. in omento vel cingulo quod [p] circundat latera vnde ⁊ febres generantur acutiſſime proximū [q] exiſtens cordi quod [r] ex illo [s] compatiens febrez acutiſſimam excitat [t]. Cum ergo inueneris febrientem acute ⁊ difficultatē pati ſpirit⁹ [u] ⁊ dolores exiſtere cū punctionibus ⁊ tuſſi: tunc oportet verum eſſe pleureticum cui hec omnia contingunt. Febriunt enim acute ⁊ difficulter reſpirant: ⁊ qui in epate flegmonez habent his tenditur latus ⁊ dolorem patiuntur ⁊ tenſionez pro compaſſione: ⁊ tuſſiunt ⁊ pulmo compatitur: ſed punctiones ſic non habent vt pleuretici neqz pulſus duros: diſcernuntur [x] enim ⁊ a proprietate doloris ⁊ pulſu. Pleuretici quidem durū habent pulſum. Epar vero patiens nō hz durū [y] quēadmodū neqz qui ex pulmone laborant: ppť [z] qđ eniz molle eſt nihil tale patiunť. Sz neqz tuſſis ſimilis pleureticis ⁊ epaticis eſt. Pleureticis eniz ⁊ tuſſis minima accidit ⁊ poſtea accidente tpe oīno expuūt tinctū qđ ſignificat qualis humor flegmonē operať. Rubeus igiť ſi fuerit ſignificat ſanguinē feciſſe quēadmodū ſi flauus [τ] fuerit: ex cholerico generať humore. Qđ ſi albus ⁊ glutinoſus fuerit ex flegmatico humore. nigrū aūt ſi expuant ex melancholico naſciť humore. Epaticis aūt tm̄ tuſſis irritať ⁊ nihil expuunt. Cognoſcere autez te volo qr ⁊ pleuretici aliqñ tuſſiūt ⁊ nihil expuunt vñ nō opz ex hoc tuſſientes ⁊ nihil extra proycientes pleureticos in alīs epaticos eſſe. Cōtingit eniz ⁊ pleureticis vt vix digeſta aut indigeſta ſint ſputamina: ⁊ maxime in periculis conſtitutis. Contingit autem vt ſub minutis ⁊ inferioribus coſtis ſit flegmon vt nihil occurrat accidere in thoracez ſicut ⁊ ſi extrinſecus accidat flegmō decipere. Neqz eniz ab eis aliqđ expuiť: ſz plurime [ꝯ] ſi non eis diaforeſim [ꝑ] faciat paſſio in apoſtema trāſeunt ⁊ vix contingit hoc apoſtema. Attendere ergo oportet difficilem in ſingulis colorem: in vultu enim pallidi ꝙplurime hij ſunt quibus epar dolet quod in pleureticis raro contingere ſolet: rubei eniz ſunt. His ergo oportet pleureticos cognoſci.

- o Pleureſis.
- p Epiploum.
- q Epiploum.
- r .ſ. cor.
- s Epigoroto.
- t .i. contrahit.
- v .i. anhelitus.
- x A pleureticis.
- y Pulſum .ſ.
- z Membruz id.
- τ .i. citrinus.
- ꝯ Materie .ſ.
- ꝑ .i. reſolonem.

De cura pleureticorum. Cap. CXLIIII.

Curabis igitur eos ſi prius cauſam attendas ⁊ naturaz ipſius paſſionis. Si enim ſanguineum cognoueris eſſe humorez ex quo efficitur flegmō ad flobothomum veniendum eſt: ⁊ maxime ſi in ſuperiorib⁹ cōſiſtat partibus. Ita vt in humeri



parte nimis extenſus ſit dolor. Quod ſi horum nihil fuerit ⁊ dolores infra diafragma fuerint purgari per ventrem oportet ſicut docuit nos Hippocras dicens. Neqz enim flobothomum adhibebis neqz catarticū dabis antea ſicut plurimi faciunt niſi diligēter diſcas qualis humor fecerit flegmonem ⁊ qui amplius dominentur in corpore. multa enim alia oſtendent tibi plenitudines corporis: ⁊ fomētationes oſtendent tibi ſi habeas in illo loco. Quod ſi te fomentante cum ſacellis dolores fuerint leuigati vt egrotans manifeſte leuiorez ſe ſentiat cognoſce non in eo flegmonez eſſe. Tunc enim ſecurus ſolas adhibebis fomentationes ⁊ localia adiutoria que diaforeſim facere poſſunt. Si autem nihil horum fiat ſed magis dolores augmentētur fortiora accipiant. In his enim ſcias corporis ineſſe plenitudinē ⁊ ꝙ calefacta loca ad ſemetipſa plus attrahunt materiam. quare cum hoc cognoueris non differes: ſed omnino euacuabis nihil ante ponēs. Qualem autem adhibeas curam dehinc a nobis dicenduz eſt. Multi enim qui non ſunt medici fugiūt vt non purgent pleureticos. Flobothomanduz vero velut inculpabilem ⁊ cautiorem credentes permittunt adhiberi. Sciri autem oportet ꝙ multi ⁊ maxime in quibus plenitudo ſanguinis non ſatis ineſſe videtur ſcarificatione vſi ſunt. Et cucurbitas [a] mox poſt inciſionē ſuperpoſuerūt vt nociuus humor qui ꝯtinetur in profundo exiret. Hoc enim facientes mirati ſunt quomodo taz cōfeſtim dolores amputati ſint vt nō amplius opus haberent fomentatione vel alio adiutorio. Optimum igitur eſt ⁊ valde vtillimum in quibus parua plenitudo fuerit hoc vti adiutorio. Vtor autez fomētationibus proprijs ad vnūquēqz ſuperabundantem humorem. Si enim ſanguineus fuerit que deſiccare ⁊ digerere poſſint ſine nimia calefactione adhibeantur qualis eſt milium aut panicum. Si autez cholericus vtor ſpongijs cum aqua calida expreſſis aut vbi camomilla herba fuerit excocta. Quod ſi flegmaticus de ſalibus ⁊ folijs lauri aut orobo frixo aut lanis in anhetino oleo infuſis. Melancholico autem humore exiſtente magis fomentatio adhibenda eſt vbi tritici furfures decoquuntur: aut aque vbi camomilla decoquatur. Et ex oleo camomillino fomentationes optime ſunt ⁊ pene ad omnes dolores expedientes. Nam hec omnia ⁊ ad omnes dolores poterunt proficere ⁊ ſi calidiora opus eſt fieri: admiſceantur quidem euiſci radices anhetinū oleum pro camomillino addatur. De puſta [b] autem fomentationes ⁊ maxime que habent mordicationem quandam valde recuſande ſunt: reprimunt enim materiam. Que autem minus acria ſunt reumatiçare faciunt inflammata loca. Ceroto igitur vtor ⁊ fomentationes ſine mordicatione magis adhibēde ex adipibus maxime in initio. Digeſtione autem apparente nihil nocet calidis vti medicaminibus qualia ſunt diamelliloton per ſe vel cum adipe porcino mixtum. Similiter autem ⁊ piganuz [c] qđ quidam diapiganum appellant ſatis in profundo poteſt flegmonem digerere per ſe vel alijs mixta. Potui etiam dabis plus oībus ſatis aquoſaz mulſam [d]. Nihil eniz hoc inuenire poteris aliud melius pleureticis adiutorium. Si autem nimia fuerit febris nec ſi ſatis ſit aquoſum aliquid nocebit quando pro mulſa apomelle [e] vteris. Itaqz ſepius vtraqz bibenda magis ſunt ꝙ ſorbenda vt inherens flegma expuere valeat. Quod ſi amplius conſtrictum inheſerit flegma aut vix excreare poſſit bibant oxymel. Quod recipit praſſium in decoctione. Fuge igitur diacodion medicamen anodinuz philonium aut aliquod aliud medicamen quod mitigare [f] valeat dolorem: quia maximum periculum infert ita vt difficultatem faciat ad proyciendum liquores omni virtute deiecta vel mortua [g]. Nam cum dolores non digeſtis corruptis humoribus incurrerint ⁊ nimia inſomnietas facta fuerit: ⁊ virtus in eis ſit valida vti anodinis [h] nō eſt irrationabile vt virtutem reuocent que nimis ab inſomnietate periclitabatur. Si autem imbecillior virtus fuerit fuge omnino narcoticas potiones.

- a .i. ventoſas.
- b Puſta eſt acetū aqua mixtuz ⁊ aliq puſtā vocāt lauaturam vinaciarum.
- c .i. ruta agreſtis.
- d .i. hydromel.
- e Aq̄ fauus mellis in aq̄ lauať aq̄ illa mellita apomel dicitur. Jan.
- f Stupefaciendo .ſ.
- g Exiſtente.
- h Sōniferis .ſ.

De cibis dandis ſynanticis. Cap. CXLV.

Cibus igitur dādus eſt ſuccus ptiſane optīe coctus amiſſa ventoſitate. Si enim nō hñ coquatur inflat hypocundria quemadmodum alia legumina. Si eniz difficulter ⁊ nō vehementer expuunt amigdalas purgatas ⁊ tritas admiſcebis ptiſane vt ſimul coquantur. ſic eniz fiet magis anagogum [i] his qui in thorace congregant humoribus: quod ſi non vehementer febriunt ⁊ inflāmatiōis calor viſus eſt mitigatus ſecurus a caliphis [k] ſemen admiſcebis in ptiſanis aut hyſſopuz ſimul coques: ⁊ ita poterit pinguis ⁊ glutinoſa ſuperfluitas extenuari. Succū autem ex amigdalis ei dabis cui modicū mellis admiſcebis. Erit aūt meli⁹ ſi mane ſuccū ptiſane accipiant ⁊ ad veſperum ſuccum de amigdalis. Quod ſi virtus infirmantis imbecillis tibi eſſe videtur etiaz de pane mundo micas ei dabis cum apomelle [l] aut dulci hydrorosato [m]. Hoc vero quod vocatur cibariaticon [n] frigidū eſt etenim febrem accendit ⁊ caput petirita vt alienationes faciat. Vñ multo melius eſt ſi virtus imbecillis tibi eſſe videtur dare modicum euçon [o] ſine oleo facto cum ſola gallina: dabis autem modicum quibus virtus imbecillis eſt ⁊ cibū faſtidiunt pro imbecillitate ⁊ faſtidio. Sed ⁊ piſces maxime ciclas: eſt enim molli carne piſcis ⁊ humida natura ⁊ digeſtibilis quem aliqui ptiſanaz maritimā vocant: non erit culpabilis [p]. Hic autem eſt ſine aliqua ſuperfluitate cibus. Et qui dicuntur pectines. Et omnia ab oſtraco [q] deriuata fugienda ſunt: velut pingues humores nutrientia vt nihil impediant anagogis [r] ſputaminibus. Et olera ꝓhibenda ſunt ſi lingua aſpera non ſentiatur: ⁊ febris nimia non ſit ⁊ non febrit ſatis [s]. Quod ſi lingua aſpera [t] cū ſiti: ⁊ febris fuerit nimia non oberit ſi maluas aut intibas [v] in iuſſello coctas dederis. Similiter ⁊ mala dulcia danda ſunt. Malagranata vero ⁊ omne quod ſtipticum fuerit vt inimica thoraci fugiēda ſunt frigida ⁊ ſicca omnia ſimiliter ſiue poma [x] ſiue olera fugienda ſunt. Calida igitur aqua miniſtranda eſt. Et non ſicut multi exiſtimant eā: cholerica eſt qui deridentes actus: aut Hippocratem dicentem [y] non cognoſcentes quomodo dixerit qui calidam habent naturaz ⁊ nimis ſicci ſunt ⁊ febre laborant. his melius faciunt cibi repugnando cholerico humori ⁊ vincere eum poſſint. Sz nec minus cibi aliqui dandi ſunt qui nutrire poſſunt ⁊ cum ipſis aqua calida. Que enim ſimplicia ſunt ſicut aqua neqz nutrire neqz humectare laborantē proprie poſſunt: ſed ſuccus ⁊ amarus magis efficitur. Ipſa ratio [z] aqua vituperatur. Ad vinum [τ] mulſam ⁊ alias eſcas hoc dixit vt calida aqua culpabilis non ſit. Ipſa enim eſt que alios cibos digerit ⁊ per totum corpus anodiſim [ꝯ] facit. Hoc eſt qđ dicit humidos eſſe cibos: vt nō requies ſit dare calidam aquam inter cibos ⁊ alios

- i .i. ſpuere faciēs. Jan.
- k .i. vrtice. Jan.
- l Aq̄ fauus mellis in aq̄ lauať aq̄ illa mellita apomel d̄r. Ja.
- m .i. aquoſo ſyrupo roſarum.
- n Eſt potius gliber q loco vini fit vt ceruiſia ⁊ medo. Jan.
- o .i. ius carnis.
- p .i. vituperabiť vel reiciendus.
- q .i. piſces oſtracoſi ſicut ꝯche ⁊ oſtree.
- r .i. vt ſpumatur aptis.
- s .i. nimis.
- t Eſt.
- v .i. endiuias. Jan.
- x .i. fructus.
- y .ſ. 2⁰ regiminis acutoꝝ aq̄ por⁹ quibus ſub diafragmate cholera dñať in cholerā rubeā conuertitur.
- z .i. ſm̄ hūc modum.
- τ .i. cum vino.
- ꝯ .i. redditionē.

potus. Et hoc enim docuit dicens. Non eniꝫ mulſam aut apomel datur[a] melius[b]: in eo enim ipſo ꝙ non nutrit[c] neqꝫ extenuat neqꝫ medicamen eſſe poteſt[d]. Hec enim facit omnia cum alijs cibis euchima aqua. Nihil enim ſiccum neqꝫ cibus neqꝫ medicamentum ſine humore in altum[e] peruenire poteſt: ſed manet in ſummitate[f] nullam operationem naturalem exercēs in intimis. Quando autē admiſcetur humoribus virtutem habet penetrare per competentia loca vbi aut frigor aut calor in profundo gratulatur[g]. Manifeſtū eſt autem ꝙ aqua etſi non nutriat vt aliquibus videtur: omnia tamen nutrire ipſa ſola facit: ⁊ viuificat: ⁊ vnum facit ⁊ continet diuerſa. Sic enim ⁊ terram ſiccam exiſtentem ⁊ diſperſam aqua in vnum colligit: ⁊ diuerſa effecta in vnum componit. Et panem quem comedimus ipſa[h] ⁊ naſci ⁊ creſcere facit: ⁊ iteruꝫ macerata farina vt componatur[i] ab aqua efficitur. Maximaꝫ ergo virtuteꝫ habet aqua: ⁊ nihil coequari exiſtimes ex victualibus aque. Ex aqua enim naſcentia ſunt: ⁊ ipſa omnia nutrit iuuat ⁊ cōtinet. Sic ergo opꝫ pleureticis ſi non aliquid aliud adſit ſynthoma quod prohibeat predicto ordine fieri adiutoria.

a Impſonatr. b Aqua. c Aqua. ſ. d Aqua. e .i. profundum. f .i. ſufficienter. g .i. proficit. h Aqua. i .i. cōſtet in ſuis partibus.

De ventris fluxu in pleureſi. Cap. CXLVI.

Quod ſi ſicut ſolet ſepius contingere econtrario agant accidentia: tūc oportet adhuc inſiſtere. Quale eſt ſi cum dolore laterum flegmon nō ſm naturam ventrem exerceat ſed inordinate plus ꝙ̄ debet fluat vt ipſam deijciat virtutem neceſſe eſt: tūc ventris prouidētia fieri ⁊ neqꝫ flobothomo neqꝫ alio aliquo vtendū eſt adiutorio niſi aliqua que vētrē prius retineāt ⁊ cōſtringere poſſint per embrocas ⁊ epithimata adhibeantur. Si autem dolor lateris vigeat nec ipſum negligi oportet: ſed vtriſqꝫ prouidenda ſunt adiutoria. In ſtomacho igitur ⁊ ventre ea que cōfortent ⁊ corroborent. in latere auteꝫ que calefacere ⁊ relaxare poſſint adhibenda ſunt adiutoria. Hoc autem ita oportet agi vt nullo modo apponatꝛ aliquid quod laxamentum prebeat epati aut ventri. Doloribus ergo nimijs ⁊ magnis exiſtentibus cū acuta febre embrocas ⁊ fomentationes que mitigent ⁊ ſine mordicatione ſint extrinſecus apponi oportet. Non nimio autem exiſtente dolore cerotum ⁊ epithimata ſunt apponenda. Bonum eſt auteꝫ in tali re medicamentuꝫ quod fit ex adipibus ⁊ diamelliloto. Declinatione igitur facta ⁊ igneo ſatis non exiſtente flegmone faciunt bene ⁊ que piganira[k] vocantur: ⁊ quecūqꝫ amplius digerere ⁊ trahere de alto[l] poſſunt: ⁊ maxime vbi non eſt febris.

k Piganira dr̄ q̄cūqꝫ frixa i patella vt ſunt furfur milium ſal orobus. l .i. profundo pectoris.

De lateris dolore q ſine febre fit. Cap. CXLVII.

Quod ſi laterum dolor ſine febre fuerit: vti oportet calidioribus omnibus ⁊ potionibus ⁊ epithimatibus. Optimum tamen eſt ſi braſica[m] ⁊ caules cum radicibus ſuis ſicci comburantur ⁊ cinis eorum cum veteri axungia admixtus in dolenti loco ponatur. Sed in potionibus coſtum ⁊ bdellium arabicum eſt dandum. Quoniam quidem apoçimis ꝙ̄plurimi[n] vſi ſunt: ⁊ maxime Hipp. in peritonoxeō libro ſcribens: ſuccum ptiſane ad educenda ſputamina ⁊ mulſam ⁊ oxymel dari iuſſit ⁊ ſolum neceſſariuꝫ eſſe propoſuit. Et ſi cholericus humor fuerit bonum eſt ſolū ptiſane ſuccū ab initio dari: ⁊ ei offerri ⁊ abūdanter. Si autem non fuerit[o] ad preſens: alijs vteris ſuccis: ⁊ maxime de auena. Etenim non minus ipſis ptiſanis educit ſputamina ex thorace ⁊ pulmone. Sꝫ ⁊ calida aqua his vtiliſſima eſt ad infundendum[p] ſiccum humorem. Apomel[q] etiam magis dandum eſt ꝙ̄ mulſa[r]. Nihil eniꝫ melius eſt in pleureticis qui ex cholerico generātur humore ꝙ̄ que infundāt[s] ⁊ ꝓijcere[t] poſſint medicamina. Si autem flegmaticū fuerit quod expuitur ⁊ viſcoſum ⁊ vix proijci poſſit cum vehementi tuſſi ⁊ aliquāti irei ⁊ liquiritie cocte apoçima dandum eſt ⁊ diapraſſium ⁊ oxymel ⁊ mulſa: attēdētes etiā ad v̄tutē quātitatē ⁊ qualitatē ſputaminū.

m .i. caulis non trāſplātatis. n .i. de acut egritudinibus. o .i. ptiſane ſuccus. p .i. humectādū. q Aq̄ ſaū mellis i aq̄ lauat aq̄ illa mellita apomel dr̄. Jan. r .i. hydromel. s .i. humectent. t .i. facere vt expuat materia.

De catartico pleureticis dando. Cap. CXLVIII.

In pleureticis enim ⁊ ventreꝫ deducere oportet ⁊ non ſolum clyſteri ſed etiam ⁊ pillulis vti neceſſe eſt. Si autē ⁊ dolores permaneant ⁊ corpus videatur cacochimuꝫ ⁊ ſuperfluis laboret humoribus: ita vt pereant[u] adiutoria ⁊ magis exaſperentur: ꝙ̄ minuendo dolores: ⁊ in inferioribus ſub precordijs dolor fiat catarticum oportet facere. Si ꝟo cholericus fuerit ſcamoneam dabis: neqꝫ enim habet ſatis[x] calidam vim ſicut alia catartica. Dari auteꝫ oportet mediocriter ex eo ⁊ per partes attendendo virtutem infirmantis ⁊ quantitatē ſupaugmētate materie. Qꝺ ſi nō fuerit q nocet cholericus humor: ſꝫ magis flegmaticus aut melancholicus ſit illis: opꝫ vti quibus iuſſit Hippocras aut polypodio. ſ. aut nigri ellebori puluere in ſuccis ptiſane.

u .i. nō ꝓficiant. x .i. nimis.

De cataputijs[y] pleureticis dandis. Cap. CXLIX.

Cataputiarum quas nos fecimus confectio hec eſt: ellebori nigri interius ſine cortice. ʒ. iiij. ſcamonee gummi[z]. an. ʒ. j. Colliges autem cum ſucco caulis ⁊ facies cataputias ad magnitudineꝫ ciceris ⁊ dabis pueris. v. Quibus autem vſus eſt fortior. vij. maioribus nāqꝫ. xj. ſm virtutem. Scire autem oportet quia ⁊ oculoruꝫ dolorē patiētibus dāde ſunt he cataputie. Sed ⁊ ictericis abſqꝫ vlla euerſione ſtomachi faciunt. Dari autem oportet eas poſt cibum magis: ſic enim abſqꝫ leſione ⁊ moleſtia purgant.

y .i. pillulis. z Arabici. ſ.

Explicit Liber Primus.

## Incipit liber ſecundus practice Alexādri yatros.

De tuſſi. Caplm. I.

Tuſſis quidem accidentia queādmodū ⁊ ipſa diſnia dr̄ias hꝫ ⁊ qualitates. Sꝫ qm̄ initiuꝫ hꝫ mō a calida diſtēperantia: mō a frida aut humida aut ſicca nō ſolū ſm q̄litates puras aut ſimplices: ſꝫ ⁊ ſm humorꝫ ſupfluitates ſilr̄ exiſtētes ſeu calidas aut frigidas aut ab aliqua alia qualitate aſſumptas. Scire opꝫ ⁊ hic qūo differunt adinuiceꝫ tuſſicule ſm cauſas ſingulas ſed ⁊ ſm loca: ⁊ quā quidem caꝫ ipſa loca patiunꝛ ⁊ que[a] cōpatiunꝛ: qm̄ non vna eſt cauſa tuſſis ſed varia. De qua re nos oportet attendere cuꝫ omni ſtudio ad cognoſcendaꝫ vniuſcuiuſqꝫ tuſſis varietatem. Confitemur enim ⁊ manifeſtum eſt qꝛ ſine cognitione non poſſunt bene curari.

a Membra.

De tuſſis cognitiōe que de calida diſtēperantia generatur. Cap. II.

Quod ⁊ ſi de calida diſtemperantia ſola vel ſimplici generata fuerit tuſſis: ⁊ merito ſentiunt calorē quaſi per



qualitates aliquas tales tuſſientes ⁊ reſpirantes deſiderium frigidi aeris habent. Et iuuantur magis ſi aeris ad ſe trahant frigorē ꝙ̄ ſi aquam frigidam bibant: ⁊ vultus eorum rubeus apparet: ⁊ caput ſimiliter. Quod ſi hec paſſio ex ſola diſtemperantia fuerit nihil expuunt manifeſtum quod videtur. Si aūt aliquid expuunt ſalſa in eo apparet qualitas: aut fumoſa aut colore ſub cholerico eſt: ⁊ hoc valde modicum ⁊ tenue apparet: ſic enim erit cognoſcenda calida diſtēperantia a predictis ſignis. Nihil igitur[a] minus precedente[b] qualitate calidi aeris: ſicut etiam ꝙ̄plurime ⁊ nimiū ſi ſit balneū calidū ⁊ dieta calida: ⁊ ex furore magis ꝙ̄ ex ſollicitudine ꝓcedentiū hec ꝯtigere ſolet.

a Cognoſcenda erit. b .i. precedat.

De tuſſi ſi ex frigida diſtemperantia oriꝛ. Cap. III.

Tuſſiunt etiaꝫ ꝙ̄plurimi ex frigida diſtemperantia exiſtente in thorace pura vel ſimplici qualitate, hi ergo magis pallidi ſunt in vultu ⁊ capite: neqꝫ ſitim habent neqꝫ ſalſum expuunt: ⁊ leduntur ex frigidis: ⁊ iuuantur ex calefacientibus: ⁊ acetoſum magis ꝙ̄ amaritudinem ſentiunt: ⁊ precedit[c] eos magis frigor ꝙ̄ calor: ⁊ balneo non in cōpetēti tp̄e ⁊ potionibus ⁊ cibis vſi ſunt frigidis. Sic enim ex frigida diſtēperantia tuſſis eſſe gn̄ata cognoſcitur.

c .i. preceſſit.

De tuſſi ſi ex ſicca aut humida diſtemperantia fuerit facta. Caplm. IIII.

Si autem ex ſiccitate aut humiditate diſtemperantia generata fuerit opatiuis[d] ſimiliter[e] cognoſciꝛ qualitatibꝰ. Differūt igiꝛ ꝙ opatiue[f] magis manifeſtas habēt ſignificationes.

d .i. actiuis. e .i. ſilr̄ cognoſcitur ex paſſiuis q̄litatibꝰ ſicut ex actiuis. f .i. actiue qualitates.

De tuſſi ſi ex humoribus fiat. Cap. V.

Materialis autem ſi acceſſerit tuſſis amicio[g] tera[h] ⁊ nō oportet iterum taliter dici[i]. ſupercurrente igitur materia tuſſis efficitur. Et ex eo quod ſpuit plenitudo certa ⁊ manifeſta apparet que ex reumatiſmo ex alio in alium tranſmutatur locum exinde tuſſis naſcitur. Unde ⁊ ex quibus tranſmittitur locis hec omnia vtiqꝫ cōtemplari oportet ⁊ attendere ſeu de capite fluat humor qui mouet tuſſim ſiue ex altero membro: ⁊ quale[k] ſuſcipiat. ſolus etenim pulmo ſuſcipit primum. Eſt autem ⁊ quādo ⁊ thorax ſuſcipit ⁊ latera vel precordia ⁊ alia mēbra patiuntur. ⁊ hec per partes cognoſcenda ſunt. Similiter autem ⁊ curationes vniuſcuiuſqꝫ dicēde ſunt. Et oīno nihil pretermittendū de tuſſi: ſꝫ magis ꝑquirere vt facilis curatio vrgente cauſa adhibeatur.

g .i. facilis ad cognoſcendum. Jan. h Eſt. i .i. ſigna quibus cognoſcatꝰ ſi materialis eſt. k Membrum.

De tuſſi ſi ex capite fluat humor. Cap. VI.

Si igitur de capite fluat humor neceſſe eſt ꝑ vnam in tracheam arteriam irritationem quandam moueat cum ſonitu exiſtente in faucibus.

Si de capite in pulmonem fluat humor. Cap. VII.

Quod ſi amplius in pulmoneꝫ fluat: difficultas ſubſequitur inſpirando: ⁊ febris acuta apparet. Interdum autē ⁊ lingua aſpera ⁊ mala[l] rubea ⁊ grauitas ſentitur in pectore. Et poſt hec ſi nihil ſputent vix digne reſpirantes flegmonem neceſſe eſt de his omnibus ſignis nos ſuſpicari in pulmone eſſe factum. Si autem ſit ſitis nimia ⁊ frequenter reſpirent: ⁊ ad hoc ſigna calor multus ſentitur in thorace: vt frigiduꝫ deſiderent aerem intrinſecus ad ſe trahere. ⁊ adhuc magis exiſtimari oportet ignitum eſſe flegmonem in pulmone. Si autem cholericum ſputent neqꝫ nimis grauiter anguſtiam ſentiant ſe valere in precordiorum locis magis calidas heriſipilas manifeſte ſcito in pulmone conſiſtere.

l .i. maxilla.

Signa ſi ex tuſſiētibꝰ pus in thorace fluat ⁊ humor. Caplm. VIII.

Manifeſtum eni ꝙ ſit pus ex colorꝫ ſolo ⁊ ex alijs ſignis ex quibus didicimus puris cognitionem: ⁊ ex odore exuſtione facta. Etiam ab hoc quia ſoluitur miſſum in aqua: ⁊ non proijcitur quē admodum flegma ⁊ crudus humor. Si ergo fuerit in thorace manifeſtum eſt ex his ⁊ multis alijs ſignis: adhuc etiaꝫ ex grauedine que ſentitur fieri in[m] alia parte membri: ⁊ ſupercurrens[n] ſubitas immutat[o] euerſiones[p]. ⁊ ſonitus aurium cum occluſione ſepius patitur[q]. hec ſufficiant dixiſſe: ſi conſtat in thorace ⁊ ibidem continentur. Qꝺ ſi ad ea[r] que dicta ſunt precedat pleureſis ⁊ nihil manifeſtum ſpuat: ⁊ hoc ipſum inuiolenter ſputetur manifeſte confitendum eſt: quia pus eſt quod in thorace continetur.

m .i. q̄ſi e par iacet ſupra partē ſanaꝫ ſentit q̄ſi pōdus aggrauari ſuper eam. n Pus. o .i. inducit. p .i. nauſeas vel ſubuerſiōes ſtomachi. q Eijciēs pus. r .i. cum eis.

Signa de flegmone in pulmone exiſtēte. Cap. IX.

Quod ſi flegmonem euenerit fieri in pulmone erit omnino difficultas ſpirandi conguſtatis precordijs nō ꝙ de ſubito contingat: ſed adhuc conſueta agere ipſa conſequi actio ⁊ per partes accreſens leditur. Et ſpuunt nihil: neqꝫ ſoni aliquid aut centron[s] patiuntur. neqꝫ eniꝫ contingere[t] poteſt niſi ex indigeſtione ⁊ nedum permixto ſimate[u].

s Cētron exponūt q̄dam punctiones. t Tuſſis. ſ. vel cētron. u .i. inflatiōe turgēte vel puſculoſa vl̄ tuberculoſa. Jan.

Si tuſſis ex ſpiſſis ⁊ glutinoſis ſit humoribus qui in pulmone continetur ⁊ generatur. Cap. X.

Aliquando auteꝫ de ſubito qui laborant ſentiunt ꝑ anguſtata precordia ſe habere ⁊ abſqꝫ febribus moleſtari ⁊ ſitis multa ſit: ⁊ habēt etiam quēdam rancorem ⁊ acrorem cuꝫ tuſſi interius: ⁊ ꝓijciūt humores manifeſtos pinguiſſimos ⁊ glutinoſos qui circūtenētur in pulmone vel eius occupant cauernas qui ibidem fluunt de capite aut ex alio aliquo membro vt tibi manifeſtum ſit ad cognitionem ex vue irritatione ⁊ gargalionis precedentia capitis vitia conſiſtere: ſupfluente materia in thorace. Sic eniꝫ cognoſcende ſunt diuerſitates ⁊ ꝓprietates vniuſcuiuſqꝫ tuſſis ⁊ quecūqꝫ circa thoracē ⁊ pulmoneꝫ conſiſtunt paſſiones. Sunt autem ⁊ alia de quibus in ſequenti dicemus vbi de vlceratione ⁊ ruptione venarum ⁊ diabroſi[x] dicturi ſumus.

x Diabroſis grece ē q̄ſi ꝑ corroſione vel conceſſione venaꝫ fit enoptoica paſſio. Jan.

De lapide ſputato. Cap. XI.

Ego autem quod vidi neceſſariū exiſtimaui nō tacere: ſed vt vobis exponam quod vidi ⁊ miratus ſum. Spuit quidam vir lapidem ſpecialiter ⁊ hoc non fortem ⁊ pinguem humorem ⁊ glutinoſum: ſed exiſtentem lapidē nec aſperum: ſed ſatis lenem ⁊ duruꝫ ⁊ reſiſtentem fortiter tactu ita vt cadens in terram ſonitum faceret. Iſte vir per multuꝫ tempus moleſtias ſuſtinens de tuſſi: non poterat fortiter extuſſire donec lapidem expueret. vſus eſt autem ⁊ dieta temperata ⁊ humida magis ⁊ infrigidatus eſt mediocriter: erat enim ſollicitus[y] nimis ⁊ tenuis habitudine vt etiam exiſtimaretur ptiſicus eſſe. Et poſtea proiecit lapidem. Et non poſt multos dies vt ptiſici ſolēt ita defunctus eſt. Redeamus

y .i. ſollicitudine demacratus.

igiť ꝛ de curis aliqua breuiter dicere nō omittamus. Ad hec oia facile inuenienda ſunt per partes ad tuſſiꝫ adiutoꝛia expediētia ꝛ a multis ꝓbata. Uñ in ſequē/ti generaliter ſcribam curas ꝛ ipſas differentias vo/bis exponā vt nō alibi indigentes adiutoꝛia regrant.

Medicamēta ad tuſſim quibus vti opꝫ. Cap. XII.

a .i.acutus.

IN quibus aūt ſubtilis ꝛ acer[a] hu/mor de capite in thoꝛa/ceꝫ fluit:quoꝝ thoꝛax nō hꝫ ſupfluaꝫ ple/nitudineꝫ de ſtoꝛace myrra ꝛ opio equali pondere cū melle diſpumato miſce ꝛ fa/cies cataputias[b] oꝛobeas. Et dabis in nocte duas aut tres aut vnā ꝓm virtutē patientis ſemper attendens. Ualde eniꝫ bone ſunt mediocriter date multū eteniꝫ iuuant:ꝛ antiquas tuſſes extenuant ꝛ reumatiſmū ſa/nant. Iteꝫ aliud opy myrre galbani equaliter cuꝫ melle colliges ꝛ vteris vt ſupꝛa. Itē aliud galbani caſtoꝛei piperis opy equali pondere tondes cū melle colliges ꝛ facies cataputias[c] ꝛ vteris vbi nō ſatis te/nuis eſt qui ſupercurrit humoꝛ. Sed ꝛ ſi[d] ſupfluitate humoꝛuꝫ circūteneri videť thoꝛax:ꝛ non ſatis opus[e] eſt que ſtuporē faciūt medicamētis vti. Itē aliud ſtoꝛacis.ʒ.j. opy.ʒ.j. galbani.ʒ.j. ſulphuris viui:pipe/ris terebentine.añ.ʒ.j. Itē aliud in quibus nō fluit acrū[f] eſt:ꝛ thoꝛax opus hꝫ mediocribus purgatoꝛys roſaꝝ viridiū.ʒ.viij.nucleoꝛuꝫ pini.ʒ.j.terebentine.ʒ.ij. vue paſſe.ʒ.iiij.mell'.qđ ſufficit vteris vt electuario. Itē aliud nucleoꝛum pini.ʒ.j. dꝛagaganti.ʒ.j.ꝛ.ſ. amigdalaꝝ dulciū.ʒ.j. dactyloꝛū carnis.ʒ.ij. yreos.ʒ.j. ꝛ.ſ.mellis atici[g] qđ ſufficit facies electuarium ꝛ dabis coclearíuꝫ vnū. Item aliud ad ſatis acrū[h] ꝛ tenue reuma iuſqami ſeminis.ʒ.xij. nucleoꝝ pini.ʒ.vj.cro/ci.ʒ.ij.cū ſapa facies cataputias[i] oꝛobeas ꝛ dabis in nocte. Itē aliud faciēs ad tuſſes ꝛ mixtas paſſiōes: vocať aūt ygia ameos frixi.ʒ.j. aniſi.ʒ.j.ꝛ.ſ. opy.ʒ.ij. dꝛagaganti.ʒ.ij.nucleoꝝ pini frixoꝝ.ʒ.iiij. ſicca teres ꝛ miſcebis cū dꝛagagāto:ante tñ infundere opꝫ dꝛaga/gantū in qua ꝛ opiū ꝛ ſicca terens miſcebis cum pul/uere ꝛ facies trociſcos peſantes.ʒ.ſingulaꝫ ꝛ ſiccabis in vmbꝛa ꝛ ſic dabis cū mulſa[k]. Itē aliud valens ad tuſſiꝫ bichicon[l] ſtoꝛacis croci galbani opy.añ.ʒ.j. nucleoꝝ pini.ʒ.iiij.facies cataputias fabe[m] magnitu/dinē habētes egiptiace ꝛ dabis vnā in nocte. Item aliud.eſt eniꝫ foꝛtiſſimū ꝛ multū vtiliſſimū ad acrū[n] ꝛ tenue reuma de quo multos ſcio ab vna potiōe ſola ſanatos:ꝗuis ſatis multo tēpoꝛe reumatiçaſſent. Nō autem opꝫ hoc adiutoꝛiuꝫ alicui tradere niſi ſolis his quos diligis ꝛ qui a te artem diſcere volūt. Ad multa enim facit myrre troclitem[o].ʒ.vj.libani[p].ʒ.v.opy.ʒ. iiij.iuſqami.ʒ.iiij. cinogloſſe[q] herbe radicis coꝛticis. ʒ.iiij. Coꝛtices igiť ſiccans ad ſoleꝫ tundes ꝛ cernes:ꝛ miſcebis cū ceteris:opiū aūt cū aqua infundes:faciēs trociſcos peſantes.ʒ.ſingulas:ꝛ dabis ꝓm virtutē. Fa/cit quoqꝫ ad emoptoycos:ꝛ ad dētes reumatiçantes: ꝛ ad oēs reumaticas paſſiōes:ꝛ ſtrāguriā patiētibus: ꝛ veſicā dolētibus:ꝛ colicis ꝛ ſpleneticis. Itē aliđ qđ vocať miſtiriō anodinū faciēs ad plurima ꝛ ma/gis ad tuſſim:ꝛ ad ptiſicos:ꝛ ad catarrū:ꝛ ad ciliacos: ꝛ ad diſſintericos. ꝶ.aūt hec:croci: caſtoꝛei:aſſari iuſ/quiami ſeminis:opy ſtoꝛacis.añ.ʒ.iiij. mellis qđ ſuffi/cit:optimuꝫ aūt fiet ſi in.iiij.ʒ.ij.mittes de iuſquiami ſemine. Itē aliud ad tuſſiꝫ in ꝗbus ſatis acrū[r] eſt: ꝛ tenue qđ fluit. Facit aūt ꝛ ad eos qui colū[s] patiunť. Liquiritie purgate hñ ꝛ lauate ꝗnquies vel ſexcies. ʒ.iiij.ꝛ.ſ.dꝛagagāti.ʒ.iiij.liquiritie ſucci.ʒ.j. amyli.ʒ.iiij. lactuce ſucci.ʒ.ij.ꝛ.ſ.accipies illas[t] teres ſemi vncias in olla noua habente aque mūde.ꝑ[u].vj. coques do/nec remaneat tertia ps ꝛ dimittes infrigidari:ꝛ ſup/mittes in maioꝛi munda patella ꝛ ſic.ʒ.ij.dꝛagaganti mittes:ꝛ facies eas coctas ſtare vſqꝫ mane: ꝛ mittes illā aquā in moꝛtario mūdo:ꝛ addes ſuccos ligritie ꝛ lactuce ꝛ tūdes ꝛ admiſcebis vtroſqꝫ:ꝛ cū pingue fue/rit factū addes criſanticū[x]:ꝛ cū triueris ſi pingui^9 vi/deris eē admiſcebis:ꝛ malaxabis donec fiat ad mell' ſpiſſitudinē ꝛ dabis ieiuno coclear. tria pſpiciens ei ſiue a ſiccitate ſeu ab aliquo[y] alio. B enim medicam Jacobi xpi noiatē eē magnifici viri.vocabat aūt ipſe xps[z] quā humidis cibis vtebať qꝫ multos hoium vi/debat amicos rex[&] exiſtētes ꝛ amatores eſſe pecunia/rū ꝛ ſemp in triſtitys ꝛ ſollicitudine tota vita ſua vi/xiſſe. Hec ſufficiant nos dixiſſe de reumatiſmo tenui ꝛ acro leſis.ꝛ pꝑterea tuſſietibus. Sunt autem ꝛ alia multa Galeni ꝛ alioꝝ ſcripta medicamenta ꝗ ſuffice/re exiſtimo nō multa ſcribēs:ſed quecūqꝫ ꝓbata ſunt ꝛ a multis experimentata ꝛ a nobis innouata.

b .i. pillulas ad quātitatē oꝛobi.
c .i.pillulas.
d Uteris dicꝗ pil lulis.
e .i.tutum.
f .i.acutum.
g A loco.
h .i.acutum.
i .i.pillulas.
k .i. hydꝛomelle.
l .i.confectio ad tuſſim. Jañ.
m .i.pillulas.
n .i.acutum.
o A loco.
p .i.thuris.
q .i.lingue canis.
r .i.acutum.
s .i.colicam.
t .i.iij.vnc.ꝛ.ſ.li. quintie.
u Eſt figura ſe/xtarij. Jañ.
x .i.vini rubeū.
y Accidēt paſ/ſio.
z Chriſt interpꝛe/taň vncus.
& .i.poſſeſſionē.

De diacodion confectione. Cap. XIII.

DIacodion igiť qđ vocať antido/tus in nullo minus iu/uat eos qui ex acredine ꝛ tenui leduntur reumatiſmo. Neceſſariū ergo exiſtimaui hoc exponere ꝛ eius ſcripturā ꝛ vſuꝫ ipſi[a] ꝛ differentias cōfectionꝫ edicere. ꝶ.aūt hec mittes in vno ſextario pluuialis aqꝫ:papaueris capita nume/ro.xx.ante infundes ea vna die ſi ſint mollia ꝛ mox ſint collecta. Si autem dura ſint ꝛ ſicca plus vna die erunt infundenda. Sed melius eſt que nondum ſatis ſunt dura mitti. Nā ſicca ſucci minus habēt:humido/ra No ſemp amplius habent ſed indigeſta ꝛ aquoſa imbecilla ſunt virtute:pp qđ ꝛ humidis valde locis ꝓhiberi opꝫ ne ſumanť. Jn coquendo enim finis ſit tibi vt nō ad tertiā aut ad quartā coquantur ſed tota prius decocta fiant vt cū volueris eoꝝ ſuccos expri/mere oia in eis diſcocta inueniant ſupfluum eſt:ergo amplius coquere. Admiſcebis igiť in cocturā aq mel/lis medietatē. Coques ēt abſqꝫ fumo ad ignē donec ad ſpiſſitudinē mellis[b] veniat. Jn pluuialē ppe aqua coquere opꝫ aut certe in fontina boni ſaporis. Uſus aūt eius eſt ad eos qui nō doꝛmiūt:ꝗbus eſt pfecta ex opio medicamia vt doꝛmiat cogimur dare. Pro his aūt maxime ſepius vtimur hoc medicamine. Damus etiā his ꝗbus de capite in tracheā arteriā defluit reu/ma ſubtile ꝛ non permittunť doꝛmire pp exiſtentem tuſſim. Ad quos ergo cōfectionē medicaminis cū ſa/pa facere cōſueui. Sufficiens eſt igiť confectio in his cū ad medietatē aque papaueris capita fuerint cocta ſapa[z] etiā ſit tyria[aa] aut crectica[bb]. Melioꝛ eſt eniꝫ ꝗ ex melle cocta:cū reuma ſubtilius fuerit nimis. Cū mel extenuādi hꝫ virtutē vel magis fugiēdi eſt. Ad/miſcēda eſt quoqꝫ in decoctione ſapo[cc] ligritie radix vt ſimul coquanť. Qđ ſi radix nō inueniať ſucc^9 eius admiſcēdus eſt in decoctione. Nā cū plenitudo cōti/neť in thoꝛace que de capite fluit cū melle cōfectum melius eſt. Sicut enim ſomnū facit ita ꝛ humoꝛē ex/tenuādo deducit qđ ex melle fit. Ad ſomnū aūt ꝓuo/candū aut cū melle aut ſine melle cōfectū dandū eſt medicamen. Jnterdū ēt ꝛ vtraqꝫ mixta danť. Cōſide/ratio ergo adhibēda eſt in ipſa pmixtione qđ ampli^9 ex vtriſqꝫ ꝓm qđ viget paſſio miſcendū ſit. Menſura aūt ad dandū medicamē erunt tibi duo coclearia in/tegra doſis. Augmentatio aūt eius ꝓm coꝛpoꝛis ma/gnitudinem erit attēdēs etatē:tꝑs:ꝛ foꝛtitudinē:tꝑa anni ꝛ locoꝝ diꝫas. Jn hieme autē ꝛ in frigidis locis ꝛ me/dys etatibus amplius eſt dādū. Adhuc ēt ꝛ ad catar/rū quātū ꝛ equalr deť attēdendū eſt ſi plus vel min^9: cōmune autem hoc eſt in oibus. Item aliud cata/putie[a] bichie[b]. ꝶ.ſtoꝛacis opy ſmirnis[c].añ.ʒ.iiij.car/pobalſami croci.añ.ʒ.ij. cōmiſcebis ꝛ facies catapu/tias[d] oꝛobeas ꝛ dabis in nocte vt.ſ.

a .i.vini cocti.
aa A loco.
bb A loco.
cc .i.vini cocti.
a .i. pillule.
b .i.ad tuſſim.
c .i.myrre.
d .i.pillulas ad quātitatē oꝛobi.

Ad ſtomachi diuerſas paſſiones vel accidentia que cardiacam vocant aliqui. Cap. XIIII.

SI enim patiť[e] leſiones infinitas ꝛ varias ꝛ diuerſa ſynthoma/ta:epilepſias ꝛ ſpaſmos ꝛ caſus[f] ꝛ triſti/tias ſine cā:ꝛ timoꝛes melācholicos ꝛ alia multa.i.appetitiōes irrōnabiles cibi ꝛ fa/ſtidiū ꝛ nauſeas:ꝛ vomicas:ꝛ coꝛruptelas: ꝛ doloꝛes intrinſecoꝝ ꝛ matricis ꝛ pedū ꝛ veſice. Eſt ēt ꝛ qñ in/ſomnietates inferūt[g] ꝛ alienatiōes ꝛ ſollicitudies nō/nullas ꝛ extreme ptes frigeſcūt. Eſt eniꝫ ſenſibilioꝛ[h]: ꝛ hñ in cōpatiēdo per venas vicinas epati ꝛ coꝛdi cō ſentiēs cōiungiť ēt cerebꝛo. Jn his ergo ꝑncipalibus tantas ꝛ tales paſſiones ꝛ cauſas ſtomachus facit. Cō/tēplari igitur opꝫ quales ipſi ſoli ſtomacho ſint ꝓ/ꝑꝛie paſſiones:ꝛ qualia ſunt cataſinbeliſcon[i]:ꝛ ꝓui/ſis diligenter ita facere curationem.

e .i.ſtomachus.
f .i.ſyncopes.
g Paſſiones ſto/machi.
h Stomachus.
i .i.ſm accidēs. Jañ.

De ſtomachi frigida diſtemperantia. Cap. XV.

FRigide ſtomachi diſtēperantie in hoc eſt cognitio manifeſta: ꝛ ex B maxie ꝙ nō ſitiūt ꝛ appetūt cibuꝫ plus ꝗ̄ cōpetit. Si aūt nō ipa ſola fuerit ꝗlitas que moleſtet:ſꝫ humoꝛaliꝗs frigi/dioꝛ ſubſiſtēs:erūt ꝗdē iſta oia que in his ꝯtingūt. Alia hñt ēt nā ꝛ flegma vomūt:ꝛ cibos acceptos retinere nō pñt. Et poſt vomitum mox alios appetunt cibos quēadmodum canis: ꝛ iterum ad vomitum reuertū/tur. Propter qđ cynoꝛodoxeos nūcupatur. Sic ꝗ̄ ſeu frigida diſtēperantia ſit ſola que ledit ſtomachū ſiue qualitas māe hoc mō ꝛ his[k] ſignis cognoſcenda eſt.

k .i.canin^9 appe/titus.

De ſtomachi cynoꝛodoxeos. Cap. XVI.

SIgna vnde fit cynoꝛodoxeos ſeu de frigida ſeu de calida diſtēpe/rātia. Qm̄ ꝗdeꝫ nō vna cā eſt vñ cynoꝛo/doxeos[l] fit ſꝫ plures: regrendū eſt quot ſunt diꝫe. Eteni fit ex frigida diſtēperātia vt dcm̄ eſt ꝛ flegmatico hūoꝛe ꝗ ꝯtineť in ſtomacho.

l .i.appetitus ca/ninus.

Si de calida diſtemperantia fuerit cynoꝛodoxeos. Caplm. XVII.

SEd calida diſtemperātia ſi ſatis multa ſit ꝛ ibecillitas totius fuerit coꝛpis ꝛ cateltice[m] vtutis ne/ceſſe eſt ꝑus congoſcere que cā eſt ꝗ̄ facit ſtomachū ſine menſura cibos appetere. Jmpoſſibile eſt eniꝫ inuenire curationem niſi cognita prius diligēter cā vñ acceſſerit paſſio. Si ergo calida diſtēperātia multa ꝛ abſqꝫ mēſura cibos appetere fa/ciať:ꝯria denť:ꝛ magis[n] his ꝗbus[o] ex frigoꝛe ꝯtigūt. Neqꝫ eniꝫ ſine ſiti ſunt:neqꝫ vomūt acidonicos[p] hu/moꝛes. Si eniꝫ dꝫ plus caloꝛ fieri nō ꝓcedit talia[q] ali/qua euenire extennādo facile ꝛ digerēdo per icertos[r] poꝛos. Et ideo ventris conſtrictioneꝫ vel ſiccitatē pa/tiunť:vel extenuanť. Quibus aūt ex imbecillitate to/tius coꝛpoꝛis ꝛ caceltice[s] virtutis ꝯtingit[t] indigeſtos ꝛ multos ꝛ nō collectos[u] ſepius frequentant exercere cibos per ventrem. ꝓpter quod coꝛrupti[x] frequen/ter compꝛehenduntur hꝫ magis tales.

m .i.retentiue.
n Deiť cōtraria.
o Quia ei^9 ē cale facere ꝗ̄ infrigi dare.
p .i.acetoſos.
q Sicut acetoſos humoꝛes.
r .i.occultos.
s .i.retentiue.
t Canius appe/titus.
u Sed liꝗdos.
x .i.fetentes.

Curatio ſi ex frigido contingat cynoꝛodoxeos[y]. Caplm. XVIII.

QUi autem ex frigoꝛe aut flegma/tis ſubſtātia abſqꝫ mē/ſura appetūt cibos Curabis ꝯꝛys vtendo rebus.i.que calefacere valeant[z]. Et maxi/me dandū eſt purū ꝛ ſincerū ꝛ rubeuꝫ vi/nū. Et pingues cibi:ꝛ magis hñtes oleū:faſianoꝝ ma/gis pinguia ꝛ carniū poꝛcinaꝝ pinguia. Hec eniꝫ acce/pta in pꝛimis cōfoꝛtant eos:ꝛ obtundunt ciboꝛuꝫ ni/miā appetitionē:ꝛ deinceps minime poterunt ampli^9 accipere cibum vel[&] ſi voluerint accipere.

y .i.appetitus ca/ninus.
z De vino puro ru.
& Pꝛo etiam.

Curatio calide diſtēperātie cynoꝛodoxeos. C. XIX.

SI autem ex nimio caloꝛe fiat cyno/rodoxeos[?] vinū ꝗdē eis nō poterit dari:cibos quidē qui nō facile digerunť accipiāt. his[ꝛ] eniꝫ que nimis ca/lida[aa] ſunt inimica ſunt: quale eſt piper vel qđ cū pipere fuerit hydꝛogarū[bb] vel cōdituꝫ. Sꝫ oia danda ſunt que ſimul mixta cū frigoꝛe ſunt ꝛ non facile digeruntur:qualia ſunt bubolina caro ꝛ ſtructio/nes ꝛ de iuuence[cc] pedes.

? .i. appetitus ca ninus.
ꝛ Stomaticis.
aa Cibaria ꝛ me/dicamina.
bb .i.aquoſū garꝫ ſeu ſalſamētum vel bꝛodium.
cc .i. iuuene vac/ca.

Curatio ſi ex imbecillitate virtutis cateltice fiat cy/noꝛodoxeos. Caplm. XX.

QUod ſi ex imbecillitate cateltice[dd] virtutis facta fuerit cynoꝛo/doxeos[ee] cognoſcenda eſt pꝛius que ꝓm oiuꝫ ſicut dictū eſt diſtēperātiaꝫ ledit cā: ꝛ ſic veniēdū ad cōpetētē curationē. Qui eniꝫ volūt ſemꝑ que ſtiptica ſunt adhibere irrōnabi/lis eſt medici cura:maxime ſi frigida ſit diſtemperā/tia per quam ſoluitur[ff] cateltica[gg] virtus. Et ꝓpter B digeſtibilia magis expedire ad hec. Eſt ergo ēt[hh] quando ſicca diſtemperantia[ii] caceltica ſoluit virtu/tem ſed ꝛ ea inſanabilis.

dd .i.retentiue.
ee .i.appetitus ca ninus.
ff .i.impeditur.
gg .i.retentiua.
hh Ut in fine ꝑti/ſis ꝛ ethice.
ii .i.retentiua.
kk .i.retentiua.

Curatio ſi ex frigoꝛe ibecillis fiat cateltica[kk] virtus. Caplm. XXI.

SI igitur videať tibi frigida diſtē/perātia moleſtias igerere paſſiōis vti opꝫ eis que calefaciant ꝛ ſuc/cent vt hi oium mō nō ſolū talibus cibis vtanť ſed ꝛ medicamentis. Expedit ergo eis ex oleribus bꝛaſica[ll] tertio cocta ꝛ gūmi mixta ꝛ apoçima[mm] in vino ꝛ cōditi caules in ipſis. Siľr ra/pa ꝛ alphita[nn] ꝛ alica[oo] cuꝫ vino cyreo[pp] ꝛ olera gra/da[qq]. De auib^9 aūt ꝑdices merule turdi ꝛ anates dē/tur. De carnibus ꝑua ſunt aſſumenda qualia ſunt ca/ꝑꝛina ꝛ ceruina. Poma etiām ꝗ̄plurime ſunt fugien/da. De tragimatibus[rr] vue tñ dande ſunt. Cetera No pꝛohibenda ſunt. Sit ergo eis dieta talis. Unguenta No ꝛ epithimata ſunt oꝛdinanda ex laudano ꝛ maſti/ce ꝛ ſmirnis[ss] aloe ꝛ abſinthio. Potiones No de ſpi/ca nardi ꝛ reupontico ꝛ diamelon. quod. ꝶ. çinçibe/reos. Antidotum No hieram dabis aut tyriacam[tt] ꝗ̄ maxime. Amplius enim ſcias omnibus eam[tt] di/gerere ꝛ ſanare tales diſtemperantias. Balneum No calidioꝛem habens aerem ꝛ ſolium. Poſt aliquātos autem dies minoꝛante iam paſſione calidis aquis vtantur vſqꝫ ad perfectam ſanitatem:ꝛ maxime que participant vim mediocriter ad conſtrigenduꝫ. Exer/citationibus No hi maxime iuuantur vectatione ar/moꝛum ꝛ longa locoꝛum mutatione. Hec enim om/nia recoꝛpoꝛatiua[uu] ſunt ꝛ coꝛroboꝛant totius coꝛpo/ris habitudineꝫ. Jta vt cōtinere bene ꝛ digerere poſ/ſint cibum ꝛ mediocriter appetant.

ll .i.caulis.
mm .i.decoctio caulium.
nn .i.cibus ex oꝛ/deo quē nos vo camus oꝛdeum mundatum.
oo Eſt genus fru mēti ꝗdaꝫ ſpel/taꝫ crediderūť. Jañ.
pp A loco.
qq .i.terrea.
rr Sunt ea ꝗ̄ co/medunť in ſecū dis menſis maxi/me fruct^9 habē/tes teſtas vt nu/ces. Jañ.
ss .i.myrre.
tt Tyriacam.
uu .i.inſpiſſatiua que cutē ꝛ car/nē deſant. Jañ.

a .i.retentiua.

¶ Curatio ſi ex calore nimio fuerit ibecilla cateltica[a] virtus. Caplm. XXII.

b .i.retentiue.

c Dicit Jañ. q̄ ſunt endiuie: ⁊ placcariꝰ q̄ ſunt cicorec.

SI autem ex cholerico humore nimia facta fuerit diſtēperātia cateltice[b] virtutis panis eius vtiliſſimus eſt in aqua calida acceptus. Et oua dura hora diei tertia. Et olera intibe[c] lactuce malue. De auibus aūt domeſticis galline nō bñ cocte ⁊ de anſere extreme ptes ⁊ pectꝰ de faſianis. Silueſtria xo ꝓhibēda ſunt. De piſcibꝰ aūt vtanꝭ duras carnes habētibus: qualis eſt acerma orphon cyſaucō coride coctica ⁊ octocopa ⁊ cypia ⁊ oſtracoderina ⁊ aſtacus ⁊ ciritia ⁊ pectines ⁊ coclec. Et de leguminibꝰ faſeoli fabe oriça[d]. Poma[e] mala dulcia ⁊ cirriā[f] vue duracie melōis caro ⁊ cucumeris iterioris pſica duracina[g]. Et balnea de aqs dulcibus ⁊ frigidis. Calidarū xo aquaꝝ vſus his ꝯtrarius eſt: hec ſufficiant de his.

d .i.riſi. Jañ.
e .i.fructus.
f Aloco.
g Aloco.

¶ De boliſmo. Cap. XXIII.

BOliſmus que paſſio noiaꝭ: ſic ipſo noie declaraꝭ magna eſt fames: fit aūt (vt ſermo ipſe oſtēdit) de nimio calore ⁊ imbecillitate ſtomachi. Uñ ſi nō acceperit cibos abſqz rōne[h] anguſtiabunꝭ ⁊ deficient. Hoc aūt ſcientes plurimi de idiotis mox odoramētis vt reuocēt ⁊ reſumāt exalantē vitalez virtutē. Ad odoramēta aūt maxie ipſi adhibēt panē īfuſuz in vino: ⁊ carnes porcinas aſſas ⁊ ceruinas: ⁊ quecūqz odorē hñt ſuauē ⁊ bñ cōditā. Cōſtringunt aūt ⁊ eoꝝ extremas ptes ligaturis ⁊ euellunt capillos ⁊ aures trahūt pp ſyncopim: ⁊ capita māmillaꝝ. Recuperantibus[i] aūt illis ⁊ ab anguſtijs regeſcentibus panē in vino infuſuz dabis ad edendū anteqȝ alios cibos. ⁊ ſic poſtea alij denꝭ cibi. Opz aūt de ceterovelocius ſepiuſqz eos cibari: ⁊ oē qḋ daꝭ tale ſit q̄ cito nō digeraꝭ. Dari aūt opz ſimul ea que infrigidare ⁊ ꝯfortare poſſint, ab his eniz iuuanꝭ hoc tpe: ⁊ in temperātiā veniūt. Uñ aliq opiū his qui boliſmū patiunꝭ ꝓſumūt dare vt extinguāt ſupcreſcentē calorē: ſed talia ego vos fugere ſuadeo: ⁊ eis q tarde digerunꝭ magis vti cibis. Scio eni quādā mulierē mltū ⁊ abſqz mēſura cibos accipiētē ⁊ digerētē oia ⁊ nunqȝ bñ ſeceſſuz vētris feciſſe: ⁊ dicebat ſe mordicationē pati in vētre ⁊ capitꝭ dolorē ſe hīe q̄relabat. accepit quoqz catarticū hierā. Facta igiꝭ purgatiōe ꝓiecit xmē grādē vt hīet in ſpatio lōgitudis cubitos. xij. ⁊ ampliꝰ: ⁊ poſtea illā irrōnabilē ⁊ maniadē[k] appetitionez cibi amiſit. Uñ nō fuit boliſmus: ſed ille ſerpēs hec in illa operabaꝭ.

h .i.cauſa manifeſta.

i Uirtutem.

k .i.rabida.

¶ De anorexia. i. faſtidio ſtomachi. Cap. XXIIII.

SCiri aūt opz q: faſtidiū fit: aut ex diſtēperantia aliqua: aut ex aliquo humore in ſtomacho reſidēte. Neceſſe eſt ergo vnuz ex tribus agi: aut euacuari humores: aut tēperari: aut recorpari[l] ⁊ extenuari ſpiſſitudinē eoꝝ[m] exñtē. Euacuanꝭ aūt aut per vomitū aut per ventrem: ⁊ ſi egrotans facile vomat: maxime per vomituz humores tenues ⁊ nō ſatis pingues ⁊ mixti apparentes citius educuntur.

l .i.cōfortari mēbrum.
m Humorum.

¶ Si de cholerico humore faſtidiuz fiat. Cap. XXV.

SI igitur tibi viſuz fuerit per vomicā educere moleſtātes humores fugito medicamētis aliqbꝰ vomicā ꝓuocare: ſz que humectēt magis ⁊ fomētoſa[n] ſint ⁊ potionez dare opz: qualis eſt aq̄ calida: ⁊ mulſa ſepius de mulſa aſſumpta. hec eniz facilius euacuat: ⁊ aperiēdo extrahit vomicā: ſed frigida[o] eſt mulſa in tali[p] cā: diſtēperātiā eniz aliquā latēdo iponit corpi. Meliꝰ eſt ergo ſi calia aq̄ multa vtaꝭ. nā ſi enutrias eū vitellis ouoꝝ aut ptiſanis ⁊ ſuperaddas aquā calidā: ⁊ ſic modicū īteruallū facias. ⁊ poſt h̄ vomitū excites adhuc magis ſine moleſtia fit: ⁊ iuuamē multū p̄ſtat. ſic eniz vtiliꝰ infirmanti expediēs vomitꝰ adhibeꝭ. Qḋ ſi difficilis eſt ad vomēdū dubitari opz ne multa irritatiōe coactꝰ ſtomachus ledaꝭ potiꝰ q̄ȝ iuueꝭ: q: magis euerſus ſtomachus magis faſtidiū addit. Melius eſt ergo p vētrē humores educere. Humectādi ſunt ergo prius abūdātius: ⁊ tēperato nutriēdi ſunt cibo vt humidiore ⁊ aptiore reddito corpore abſqz moleſtia purgenꝭ: ſic eniz preparatis purgatiōi obedire mā poterit. Opz aūt q̄ corroborant catartico admiſceri: q̄lis eſt pigra: aut ex antidotis: aut diamelo: aut rodomelito vti catartico que abſqz moleſtia depoñāt[q] ⁊ apta ſint ſtomacho: quorū ꝯfectio hec eſt catarticū diamelō. qḋ. ℞. maloꝝ cydonioꝝ lib. j. citri corticū. ʒ. vj. pipis. ℥. j. ſcamōee. ℥. ij. aq̄ pluuial. ℔. iij. ⁊. ſ. mell lib. j. ⁊. ſ. ꝓbatū .n. eſt coqs ad vicē[r] oxymellis: ⁊ mittes nouiſſime ſcamoneaz ⁊ pipꝫ ſupſpergēs coleariū vnū dabis aut duo. ¶ Itē aliō catarticū diacydonitē melō expimētatū. accipies mala cydonia octo mittes ſcamonee. ℥. j. ⁊ circūduces cū fermēto vt nō p illiꝰ poros ſcamōea trāſire poſſit. ⁊ poſtqȝ cocta fuerit bñ auferes fermētū. mala aūt cū ſcamōea teres ⁊ mittes in dolio vitreo dabis coleariū vnū aut duo ꝓut volueris purgare. ¶ Itē aliud diarodon melius catarticum. roſaꝝ ſucci. lib. j. ſcamonee. ℥. j. ⁊. ſ. agarici. ʒ. iij. ⁊. ſ. piperis. ℈. ij. mellis. ℥. vj. coques aūt lento igne ⁊ cum ſe collegerit: tūc ſupmittes ſcamoneam ⁊ piper ⁊ agaricū ⁊ vteris: dabis aūt ſm virtutem colearia. v. aut. vj.

n .i.fomēto plena.

o Fugienda.
p .i.calida.

q .i.humores.

r .i.modum.

¶ Si de ſpiſſis ⁊ glutinoſis humoribus faſtidiuz fiat. Caplm. XXVI.

SI autem de ſpiſſis ⁊ glutinoſis humoribus fiat faſtidiū adhiberi neceſſe eſt ea q̄ extenuare pñt humores: vt q̄ abſterganꝭ dabis eis accipe capparē. hec eni bona eſt ad h̄ medicia lauata bñ ⁊ in oxymelle cōpoſita. bñ aūt exoluent ⁊ oliue oēs q̄ in ſale aut in oxymelle cōponunꝭ. Sz ⁊ ſynapis fortior eſt eis ad ſubueniēdū cū melle ⁊ aceto māducata. ⁊ vt ſimplr dicā q̄cūqz[s] in cibo optie adhibenꝭ. Qui aūt ampliꝰ hñt frigidū ſtomachū cū pipere ⁊ çinçibere cōpoſita eis danꝭ: ⁊ maxie de malis cydonijs cōfectū. qḋ. ℞. pipꝫ çinçibe. leuiſticū coſtū ⁊ pulegiū. alij .n. alr ꝯficiūt. Melius aūt oibus eſt q̄ vſus eſt Galenꝰ qḋ iuenies vbi de frigida diſtēperātia facte anorexie[t] legiꝭ caplō. Si aūt ampliꝰ detergē volueris cāz vteris qḋ Juliani vocaꝭ oxymel. mirabiliſſimū eniz eſt ⁊ nō ſolū de ſtomacho pōt detergere humores ſz in capite ⁊ ſplene ⁊ thorace. In capite autem vt epilepſias ſanare poſſit ⁊ alias mltas ⁊ diuerſas paſſiōes: cuius cōfectionē alibi dicturi ſumus. iſtis enim ſemper oportet vti adiutorijs. Extrinſecus aūt que calefacere poſſint vnguētis ⁊ cōfortare ſtomachū: qualis eſt marciaton qḋ diciꝭ. Cetera aūt epithimata que dicunꝭ baidon ⁊ enodis. i. bene olens optima ſunt valde ⁊ a plurimis approbata: quoꝝ cōfectiones vobis tradā. Epithima ſtomaticon qḋ diciꝭ baidon. ℞. hec caſſie. ʒ. iiij. ireos. ʒ. vij. ſquinanti. ℈. vj. bracteos. i. ſauine herbe. ℈. viij. bdelli libani[v] armoniaci thimiamatos[x]. añ. ʒ. xxxij. maſticis. ℥. ij. cere. ℥. vj. terebētine. ℥. iij. pithimie[y] lauate. lib. j. ⁊. ſ. olei nardini. ℥. vj. olei ynantini.

s Medicamina.

t .i.faſtidij cibi.

v .i.thuris.
x .i.fecis ſtoracis.
y .i.picis reſine.



a Ynātuz eſt flos vitis maxie agreſtis. Jañ. inde oleū ynātinuz.
b .i.liquida.
c Eſt ſex alucaris apū. ſ. cera ſordida.
d Eſt ſex olei de croco Auicen.

ynātini[a]. ʒ. viij. aloes. ℥. j. cardamoꝰ balſami. añ. ℥. ij. gariofili. ℥. j. teres ſicca: ⁊ facies puluerē ⁊ q̄ remiſſa[b] ſunt ſupinfūde ⁊ ſic puluerē reliq̄ adhuc exñte ſupaſpgas. Epithima enodis. ℞. ꝓpoleos[c]. ℥. iij. crocomagmatis[d] ℥. j. ⁊. ſ. bdellij. ℈. viij. aloes. ℥. ij. ſmirnis. ℥. ij. folij. ℥. j. terebē. ℥. ij. libani. ℥. ij. ſtoracꝫ. ℥. ij. maſticis. ℥. iij. ſpice nardi. ℥. j. cardamoꝰ. ℥. ij. croci. ℥. j. ⁊. ſ. armoniaci. ℥. vj. cere lib. j. colofonie. ℥. ij. opobalſami. ℥. vj. cōficies ⁊ vteris.

¶ Si de calida diſtēperantia facta fuerit abſqz humore de ſolo calore anorexia[e]. Caplm. XXVII.

e .i.faſtidiū cibi.

SI ex nimio calore diſtēperātia vitalia loca faſtidiuz fecerint dieta eſt ordināda q̄ īfrigidādo iuuare poſſit: ⁊ maxie illa q̄ de aceto cōficiꝭ: vt eſt puſta[f] potui data: ⁊ ibidē panis infuſus ⁊ ſic acceptꝰ. Et oxygala. i. lac acetoſuz ex aceto ⁊ lacte ⁊ mela[g] ⁊ lactuca ⁊ intiba[h] ⁊ aq̄ frigida potata mediocriter: ⁊ econtrario tenentes in parte calorem. Si eniz abſqz mēſura frigor ingeratur occidit ⁊ deijcit in ſtomacho virtutem: vnde ⁊ faſtidij cauſa fit.

f Eſt acetū aque mixtum. Jañ.
g Eſt fructꝰ ſuauis guſtu maior pipere. Jañ.
h .i. endiuia Ja. vel ſcariola Platearius.

¶ Si de nimio frigore diſtēperantia ſine humore generauit faſtidium. Caplm. XXVIII.

QUibus xo faſtidiū ex nimio frigore diſtēperante vitalia loca generaꝭ ydrogogū[i] opz his dari ⁊ vinūvetuſtum ⁊ ꝯditū. Et eis offer de rutha ⁊ aniſo ⁊ ſepius ⁊ minus. Sed ⁊ antidotū danduz eſt qḋ recipit ſpecies calidas ex quibus maxime eſt tyriaca. Eſt eniz apta ſtomacho: ⁊ deponit malitioſos humores ⁊ amputat faſtidiū. Non etiā multū: ſed tñ dari debet his ius periſteon[k] ⁊ ſtaphilon[l]. habet autez ⁊ hoc euſtomatichon aliquid.

i .i.aq̄ vl̄ flegmatis aquoſi purgatiuum.

k .i.ius colūbaꝝ.
l .i.vua vel racemus.

¶ De ſiti nimia. Caplm. XXIX.

SCiendum eſt ēt q̄ ſm ipm[m] modū de potu contingit ⁊ abſqz mēſura appetūt ⁊ ſitiunt valde aut de ſiccitate ſtōchi aut de nimio calore. Interdū ēt nō de ſtōcho ſolo q̄pl̄imis cōtingit: ſz ex epatis calore ⁊ pulmonis fit ſitis. Iſtos tñ īfrigidatio iuuat q̄tū ꝯtineꝭ frida aſpiratio. Et q de cauſon febriūt pl̄imū appetūt potū ꝓpter nimiuz calorē. Quibus autē ſepius nimia ſitis fit: ſciri opz q̄ per aliquā fit cacochimiā venientē vel accidētē in ſtōcho vel ex cholico humore aut flegmatico putrido. Opz autē nō ſolū his vti que infrigidare poſſunt: ſed que poſſunt abſtergere ⁊ purgare humores qui in vētre continentur. Nam ſi cholericus ſit que purgare poſſunt cholericū humorē dabis. Queādmodū ⁊ ſi flegmaticus fuerit humor ⁊ ſalſus qui augmētatus facit ſitim ea dāda ſunt que purgare ⁊ abſtergere poſſunt tales humores. Ego xo ſcio talē ſitim a ſalſo flegmate factaz a ſalſis magis ceſſare cibis: quales ſunt ſardine[n] ⁊ nicatare[o]: ⁊ coraxe[p] ⁊ cappares. Oportet ergo nō omnino que infrigidant ⁊ humectāt vti: ſed cōſiderare diligēter cāz. Et cum agnita fuerit adhibenda vnicuiqz propria curatio. His qui de ſiccitate patiuntur ſitim humectare. Quibus autem ex calore infrigidare oportet. Quibus autem ſalſum flegma ſitim facit que detergant ⁊ purgent offeres adiutoria.

m .i.ſicut appetitus caninus.

n Piſciculi ſalſi.
o Sūt piſces degentes in puro mari cui admiſcenꝭ paludes.
p .i.porri.

¶ Ad eos qui habent ardorez in ſtōcho ⁊ nimis ſitiūt. Caplm. XXX.

ARchigenes igiꝭ docuit hos q nimio ardore ſtōchi vexanꝭ aquā frigidā ſorbere debere: ⁊ maxime ſi mordicatio ſit in eo vel animi defectio cum calore nimio ⁊ faſtidio. Aut olfacis ſuccū. ſ. vue acerbe. Aut mali cydonij decoctionem. Aut cucumeris domeſtici ſemē cū frigida[q]. Aut maligranati dulcis aut acidonici[r] ſuccū equalr aqua mixtum. Aut ramos mēthe tritos cū aq̄ frida. Aut oleū roſeū ſilr cū aqua frigida. Aut de pſicis imaturis ſucci decoctionē: ⁊ lactuce albe ſemē cū aque frigide ciatis. iiij. Nos aūt cōpoſitis vti medicamētis. Quoꝝ expimentū nō mediocre habemus. Quoꝝ etiā doctrinā vl̄ ſcripturā vobis ⁊ ipſorum tradimus confectiones.

q Aqua. ſ.
r .i.acetoſi.

¶ Ad ſitim cataputie[s]. Caplm. XXXI.

s .i.pillule.

CUcumeris domeſtici ſeminis. ʒ. viij. dragaganti. ʒ. vj. ſolues cū albumine ouoꝝ recētiū ⁊ teres. Cui ſupmittes tritū ſemen cucumeris ⁊ facies cataputias: ſiccabis in vmbra ⁊ dabis ſub lingua tenē ⁊ cū ſe reuoluerit glutiat ſaliuā. ¶ Itē aliud liquiritie. ʒ. iiij. cucumeris domeſtici ſemis. ʒ. vj. andraguis[t] ſemis. ʒ. ij. ouoꝝ albumen ſupmittes ⁊ facies orobi[v] cataputias: ⁊ da ſub lingua tenere. ¶ Itez aliud ad febricitātes qbꝰ modica expedit potio ⁊ his qbus ex ardore ⁊ q ex itinere ſitiūt. Ligritie ſucci. ʒ. vj. cucumeris domeſtici ſemis. ʒ. iiij. dragagāti. ʒ. ij. teres ſigillatim ⁊ miſcebis cū ouoꝝ albumine facies cataputias ⁊ vteris ſub lingua vt dictū eſt. ¶ Itē ligritie ſucci cucumeris domeſtici: ſemis portulace: ſemis radicis ⁊ eiꝰ corticis. añ. ʒ. iiij. ouoꝝ albumen qḋ ſufficit facies trociſcos dracmeos dabis ⁊ teneat ſub lingua ⁊ q̄cqd ſe reſoluerit in ore cū ſaliua glutiat. A foris aūt ſūt iponēde ſtōcho vētoſe aq̄ frida plene aut de niue in cucurbite raſura plene[x]. Aut hoc mō ꝯfecta[y] qḋ facit ad febres cauſon. i. cucurbite raſurā tenere: ⁊ oui vitellū cocti admiſce cū oleo roſ. ⁊ vteris. Aut de ſiſamino crudo in aqua infuſo ⁊ trito ⁊ cū oleo roſ. mixto cataplaſma imponis ⁊ maxime febricitātibus. Aut vitis folijs viridibꝰ tritis aut mala cydonia: aut dactylos vl̄ neſpilla cū ceroto. Aut caſeū recētē cū alphita[z] cataplaſmata iponis. Et ea que in cardiacis ponunꝭ adhibē debēt.

t .i.portulace. Jañ.
v .i.pillulas ſimiles orobo.

x Ueſice.
y Raſura cucurbite.

z .i.ordeato.

¶ De choleribus nigris in ſtomacho exiſtentibus cum inflatione. Caplm. XXXII.

QUibus inflanꝭ ꝓcordia: ⁊ ſtomachus reſoluiꝭ: ibi effluētes ſūt melācholici humores. Spōgias q̄ aceto acro infuſas ſuperpones. Qḋ ſi poſt hec adhuc nauſeauerit cā ſtipterea[&] humida vl̄ rotūda cū calcāto[ꝯ] trita ⁊ cū mellis modico admixta ſupponēda ſunt. Edere aūt cocte folia in vino cataplaſma his: aut de armēti bouis fimo ſicco in vino cocto cataplaſma imponaꝭ. Si aūt nimia ventoſitate inflaꝭ ſtomachus calamētis apoçima ad tertias coctū cū aqua admixto mellis coleario vno ⁊ pipis. ʒ. j. dabis. Hec enim vētoſitas nō fit de calida diſtemperātia: ſed nec de vſtis nigris choleribus. Et illis eniz magis fit ex q̄bus melancholicus humor adhuc generatur.

& .i.alumine de pluma.
ꝯ Eſt ſpecies vitreoli.

¶ Confectio ad ſtomachum frigidū medicaminis diaporon. Caplm. XXXIII.

COnfectio medicaminis diaporon qḋ fit ad anatrophas[aa] ſtōchi ⁊ cyliacos ⁊ diſſintericos. Mala cydonia nūo. l. roſe eritre[bb]. ʒ. l. ſorbas nūo. l. neſpillas nūo. l. aque cōgios. vij. poma oia ꝯfringes ⁊ mittes in vaſe cū aq̄ ⁊ coques ad tertias: ⁊ ſi que in eis relīq̄ cē videnꝭ de ſordibꝰ pomoꝝ iteꝝ colabis. Cui addes mellis optimi lib. iij. ⁊ coques ad carbones agitando ſine intermiſſione ⁊ cum ſe collegerit

aa .i.ſubmerſiōes ſtomachi. Jañ.
bb .i.rubee.

ad mellis ſpiſſitudinem tolles ab igne ⁊ repones ⁊ cū opus fuerit dabis ante cibū coclearium vnū aut duo.

De epithimate ad ſtōchū reumatiçātē. Ca. XXXIIII.

Epithima ad reumatiçātē ſtōchū ⁊ in febrib⁹ ⁊ ſine febribus ⁊ ciliacis[a] ⁊ quibus ſtōchus cōpatiť ⁊ reuomūt cibū. Smirnis[b] croci aloes maſticis: abſinthij: ſuc' ſtoracis, aā. ʒ.j. cere olei nardini dactyli patici[c] lib.j.⁊.ſ. vini adriani[d] qđ ſufficit ad dactylos infundēdos. Alij ſunt q etiā cere ⁊ olei nardini lib.ij. mittunt: ⁊ ſicca trita ſil' cū ſtorace remiſſo[e] miſcēt ⁊ tritis vtunť. nos aūt. aā. lib.j.⁊.ſ. mittimus ⁊ fit meli⁹ maxie. Itē aliud ad hoc mirabile epithima ad defectū ſtōchi ⁊ ad eos q nō poſſunt ꝯtinere dactyloꝝ paticoꝝ[f]. ʒ.iij. ynancij[g] cere. aā. lib.j. maſticis libani. aā. ʒ.j. vini qđ ſufficit. dactylos cū vino teres ſil' ⁊ que reſoluēda ſunt reſolues ⁊ ſolues puluerē ſupmittes ⁊ vteris. Itē aliud epithima ad ſtōchū ſil'r ꝯfortandū ynancij[h] olfacij[i] roſaꝝ floꝝ aloes epatici galle aſiane achatie balauſtie cydonioꝝ. aā. ʒ.j. mirabolani cere punice[k] olei ſicionij[l]. aā. ʒ.vj. vini ptiſiri[m] qđ ſufficit. Itē aliud maloꝝ cydonioꝝ ſeno[n] inuolutoꝝ ⁊ de aſſatis veru eoꝝ carnib⁹. ʒ.iij. croci abſinthij. aā. ʒ.j.⁊.ſ. olei melin[o]. ʒ.viij. vini odoriferi qđ ſufficit cōficies ⁊ vteris. Itē aliud epithima ad ſtōchū reumatiçantē ⁊ ventrē: ⁊ ad omne corp⁹ reumatiçās gallarū aſianarum nitri alcionij[p] ſtrucij[q]. aā. ʒ. iij. ſape. ʒ.ij. Itē aliđ vuas paſſas coques cū aq̄ faciēs apoçima dabis bibere ⁊ ipſas vuas paſſas da vt manducent.

a .i. patiētib⁹ fluxum ſtomachi.
b .i. myrre.
c Al loco.
d Al loco.
e .i. diſſoluto.
f Al loco.
g .i. flos vitis maxime agreſtis.
h .i. floris vitis. Iañ.
i .i. ſucci vuaꝝ albaꝝ imaturaꝝ.
k .i. rubee.
l .i. de radice cucumeris agreſtis. Iañ.
m Al loco.
n .i. luto.
o .i. de cydonijs. Iañ.
p .i. ſpume maris
q Strucium inquit Iañ. eſt ꝯdiū. ſ. radix ſilis elleboro albo: ſꝫ in ſynonymis alphita exponiť qđ eſt caulicul⁹ agreſtis: ⁊ hoc eſt h̄ veriſilius.

Antidotū ad ſtōchū frigidū. Cap. XXXV.

Hi ergo qui ex frigida diſtēperātia ſtōcho in cā hīte cibū non bene digerūt optimū eſt adiutoriū p̄ horas datū ⁊ multū a nobis pbatū. dicit aūt hec ꝯfectio climax. ℞. autem hec enule. ʒ. iij. fenicli ſemis. ʒ.iij. pipis. ʒ.ij. mell' atici[r] optimi crudi. lib.ij. Si aūt nō adeſt mel optimū mittes quale inueneris bn̄ diſpumatū. Ego aūt addidi ſemis eruce. ʒ. j.⁊ ſinoni[s]. ʒ.ij. mellis. ʒ.vj. vn̄ ⁊ in oibus mihi melius viſum eſt. Manifeſtū eſt enim in multis reb⁹ nō ſolū ad inflationē ſtōchi ⁊ indigeſtionē: ſed ⁊ mulierib⁹ mēſtrua deducit. Uſus ſuꝫ aūt eo ⁊ ad diſpnoicos[t] ⁊ mirabil'r opatū eſt: danť aūt ex eo coclearia duo mane ⁊ poſt cenā. Dedi etiā ⁊ cū gramate[u]. fit enī grama, quēadmodū nectar: mane aūt cū aq̄: facit enī ruct⁹ ſuaues. Daṫ aūt ad oēm tuſſim ⁊ qbus de capite in thoracem reuma fluit. Et ad oēs intrinſecas paſſiones facit ⁊ ad faſtidiū ⁊ venereos actus excitat. Itē aliud diamelon cydonion ad ipas paſſiones. Cydonia purgata deintus ⁊ foris tundēs ⁊ exp̄mēs facies ſucci. ℔[x]. iiij. çç. ʒ. iiij. pipis albi. ʒ.ij. piperis nigri. ʒ. ij. mellis. ℔. iiij. Itē aliud cydoniū ſucci. ℔. ij. mellis. ℔. çç. ʒ.ij. piperis nigri. ʒ.ij. aceti eminā[y] vnā cuꝫ ſucco ⁊ melle qđ ſufficit coques ⁊ vteris. Coques aūt ad carbones ante mediocriter ⁊ diſpumato addes puluerē. çç. ⁊ pipis: ⁊ iterū coques ad mellis ſpiſſitudinē ad ignē leuē. Qđ ſi catarticū ex eo ꝯficere volueris addes diagredij. ʒ.ij. Hoc igiť medicamen ſi ſine diagredio eſt eis facit qui athomā[z] vētris patiunť. Utiliſſimū eſt ⁊ his q epatis ⁊ ſtomachi defectionē patiunť. Dari aūt quā maxime vnū coclearium opꝫ. Et ſi poſt cibū accipiaṫ pōt iuuare nā nō nocet. Melius aūt daṫ mane ieiuno vel qn̄ dormitū iturus eſt ita vt abſtineat a cibo duab⁹ aut trib⁹ horis. Facit enim ⁊ ad faſtidiū ⁊ ad eos qui nō bn̄ digerūt cibos. Qđ ſi vēter ex calore nimio fuerit diſtemperatus ita vt cholicus ſit qui patiť: auferes. çç. ⁊ pip. ⁊ tm̄ ſuccum cydonioꝝ ⁊ mel ⁊ acetū coques vt ſupra ⁊ vteris. Itē ad ſtōchū eoꝝ q cibos reijciūt aloes roſarū ſiccaꝝ. aā. ʒ.x. teres ⁊ dabis coclearia tria aut. iiij. Si etiā purgare volueris que in ſtōcho ſunt admiſcebis diagredij maſticis. aā. ʒ.iiij. purgabis aūt ſine moleſtia. Itē aliđ ad inflationē ſtōchi ⁊ iteſtinoꝝ facit ⁊ indigeſtionē ⁊ epaticos ⁊ tuſſiētes ⁊ magis qb⁹ eſt ex frigore vitiuꝫ piperis. ʒ.ij. leuiſticis ſemis. ʒ.ij. ameos ʒ.ij. epithimi purgati ſe. pulegij ſicci. aā. ʒ.j. mellis diſpumati qđ ſufficit. Alij etiā ei admiſcēt rutbe ſemis ⁊ apij ſeminis. aā. ʒ.iiij. doſis aūt ei⁹ coclearīū. j. Itē aliud faciēs ad pneumacoſim[z] ⁊ dolorē in ſtōcho facit ⁊ ad oēs dolores. ℞. pipis caſtorei. aā. ʒ.j. opij. ʒ.j. petroſelini ſeminis. ʒ.iiij. ſpice nardi ſiriaci[ꝯ]. aā. ʒ.j. faciēs puluerē ſubtiliſſimū dabis coclearīū vnū cū aque calide cotila vna ⁊.ſ. Et ſi cū melle tēperatū ſit ciatuꝫ[ꝝ] vnū ſumat ⁊ bibat mane qn̄ ſurgit ⁊ qn̄ dormitum vadit. Maiorib⁹ qdē etatibus amplius dandū eſt. Anodinum enim eſt ⁊ digeſtibile: ⁊ maxime ciliacis[aa] viris ⁊ mulierib⁹ ⁊ pneumatoſim[bb] ⁊ cruditatē humoꝝ patientib⁹ ⁊ ad febres ⁊ hypocūdria dolētibus ⁊ ex cruditate febriētibus ⁊ tuſſiētibus ⁊ vbi fuerit neceſſe vrinam mouere. Itē aliud antidotū optimū nardoſtocij[cc] pipis. aā. ʒ.j. caſſie ſiringie[dd]. ʒ.ij. coſti. ʒ.ij. dabis aūt cū aque mane ⁊ ſero: facit enim nō ſolū ſtomaticis ſed ⁊ epaticis ⁊ nefreticis vteris ſecurus hoc adiutorio. Itē aliud ad hoc ipm piperis petroſelini. aā. ʒ.j. cymini. ʒ.iiij. dabis in balneo. Itē aliud faciēs ad ſtomachū ⁊ ad cholerā yrim[ee] illiricā teres ⁊ cernes dabis ieiuno bibere cū aqua cal'a: dormitū aūt ituro cum vino tēperato: pēſo ℞o dabis. ʒ.ij. nō eſt aūt cōtēnēda hec potio. Itē aliud faciēs ad multa leuiſtici ſemis ameos apij ſeminis carui ſeminis. aā. ʒ. iiij. pipis ḡna. xxx. mellis qđ ſufficit: dabis enim coclearīū vnuꝫ ieiuno ⁊ dormitū eunti ſil'r. Itē aliud antidotū pigre[ff] lauate ſquināti xilobalſami maſticis nardoſtocij[gg] aſſari croci. aā. ʒ.j.⁊.ſ. caſſie ſiringie[hh]. ʒ.ij. aloes epatici lauati ⁊ ſiccati. ʒ.xv. Aut. ʒ.ij. cōficies ⁊ vteris. Itē ſtomatichon faciēs ad inflāmationē ſtōchi petroſelini macedonici cymini. aā. ʒ.iij. dabis aūt ieiuno ⁊ poſt cenā dormitū eūti cū modico aq̄ calide coclearīuꝫ vnū.

r Al loco.
s .i. petroſelini agreſtis. Iañ.
t .i. difficulter anhelantes.
u .i. vino cocto cū ſpēb⁹. Iañ.
x Eſt figura ſextarij ⁊ ſextarius pōdus duaꝝ lib. vel duaꝝ lib. ⁊.ſ.
y Eſt medietas ſextarij.
z .i. debilitatē vel defectum. Iañ.
z .i. ventoſitatē.
ꝯ .i. ſilicis.
ꝝ vnč. j.⁊.ſ.
aa .i. fluxū vētris vitio ſtōchi patiētibus. Iañ.
bb .i. vētoſitatē.
cc .i. ſpice nardi.
dd .i. caſſie ligne.
ee Al loco i qua abundat.
ff Cuius aloe ſi lotum. ſ.
gg .i. ſpice nardi
hh .i. caſſie ligne Iañ. ſup verbo ſiringia.

De cardiaca paſſione. Caplm. XXXVI.

Cardiaca paſſio ſtōchi cā eſt. Contingit aūt his qbus peſſimi ⁊ venenoſi cū mordicatione ſtomachi ibidē generanť humores ⁊ dominanť q̄ maxime his qui debilē nimis habent ſtomachū ita vt interdū etiā aliq mox repēte moriantur nō ferētes inſuſtentabilē mordicationē venenoſaꝫ humorū. Scire aūt opꝫ qa ⁊ lumbrici ſuperiora ſepi⁹ petentes ex inferiorib⁹ partibus ſtomacho neceſſe eſt vt faciāt cardiacam paſſionē ⁊ cū anguſtia ſyncopes ingerant: ita vt aliqui ſtatim a mordicatione lumbricoruꝫ pereant. Propter qđ nō opꝫ omnino exiſtimare a peſſimis ⁊ venenoſis humorib⁹ fieri ſubitaneas ſyncopes ſtomachi. In qua re etiā lumbricoꝝ ſigna ſunt requirenda[ii] qui habent in ſtomacho mordicationeꝫ de malis humoribus: ⁊ propterea ſyncopim patiuntur.

ii His.

Curatio cardiace. Caplm. XXXVII.

In primis opꝫ eis offerre cibos qui ⁊ refrigerandi virtutē habeant ⁊ cōfortare poſſint locū qui ſolutus eſt. Infrigidant eniꝫ bene ⁊ corroborant maligranati grana aſſumpta ſiue



ſuccus eoruꝫ acceptus. Sed ⁊ mela[a] nō ſatis dulcia ⁊ mediocriter ſtiptica: ⁊ pira: ⁊ perſica duratiua. Et vue que auſterū aliquid ⁊ ſtipticū habēt. Et panis in aqua frigida aut calida. Si eius qui patiť ſit diſtemperātia ſatis calida ⁊ ſi in ſtomacho cōtineanť humores mordicantes ⁊ acerrimi[b]. His ergo ab initio opꝫ vti hos q cardialgeā[c] patiunť. Ceterū aūt opꝫ paulatim addere cibos qui tarde digerunť qualis eſt de piſcib⁹ bulbia ⁊ pectines ⁊ aſtaci ⁊ yſicia de pectine ⁊ cyritia ventres anſerini ⁊ pedes porcini ⁊ quecūqꝫ nō facile corrumpunť: ſed repugnando vincere poſſunt malos humores qui cōtinenť. Oportet aūt his cum aut requieuerit aut lenimentū acceperit paſſio ſuadere ſemper vt cibos citius accipiant. Nullū enim eſt aliud maius iuuamentū q̄ꝫ cibi qui tarde digerunť ⁊ difficile corrūpuntur accepti. His ergo hora tertia ſuadendū eſt vt aſſumant panē aut in aqua calida aut frigida infuſum aut mela[d] aut citrū de foris mundatū. Dieta eniꝫ expedit hec his qui cardealgeā[e] patiunť. Adiutoriū enim magnum eſt glicia: cuius confectio. ℞. hec aceti. ℔.j.⁊.ſ. corticis radicis feniculi. ʒ.vj. aloes epatici. ʒ.iij. mellis atici. lib.j.⁊.ſ. cōficies vt mos eſt: dabis ex eo coclearia duo aut tria. Malaxat aūt ⁊ confortat ventrem. Hoc enim medicamen ad hoc optimum eſt ⁊ nō ſoluꝫ cardialgeas ſanat ſed inchoantē epilepſiā ⁊ hypocūdriacas paſſiones vel quibus ſtomachus flegmate repletus frigidus eſt: ſed ⁊ alia multa ſanat: de quibus nunc non eſt tempus ad cōmemorandum. Scio aūt quia ⁊ anacardum antidotum ad tales paſſiones bene facit. Et pigra datuꝫ iuuat: ſed nullum ſicut glicia[f] adiuuat. Sufficiant hec de cardiacis dicta que fiunt ex acredine[g] ⁊ mordicatione humorum. Ceterum ℞o de his dicendum eſt que proueniunt in ſtomacho cum ſynthomate: aut ex qualitatibus accidentium aut ex egritudinibus diuerſis augmentatis humoribus.

a .i. fructus ſuauis guſtu maior pipere. Iañ.
b .i. acutiſſimi.
c .i. dolorē oris ſtomachi. Iañ.
d Fructus eſt ſuauis guſtu maior pipere. Iañ.
e .i. dolorē oris ſtomachi. Iañ.
f .i. antidotū predictum.
g .i. acumine.

De nauſea ⁊ vomitu. Caplm. XXXVIII.

Qui quidem vomitus vel nauſea ſynthoma videť cē ſtomachi. fit autem hoc ex diuerſis cauſis vniuſcuiuſqꝫ accidētis. Et ſi fit ex plenitudine: fit etiā ex qualitate vniuſcuiuſqꝫ humoris peſſimoꝝ accidentium. Siquidem ex plenitudine mouetur nauſea vt vomat eo q̄ grauetur ſtomachus. peſſimi enim humores mordicationeꝫ faciunt ⁊ vomitum vel nauſeam excitant: ſit ergo in his cōtemplatio: ⁊ ſi ex plenitudine eſt vomitus euacuari oportet. Si autem ex humoꝝ acredine[h] fit cacochimia eſt: ideoqꝫ mitigandi ſunt ⁊ temperandi vt imbecilliores effecti in ſemetipſis eoꝝ reprimatur malitia: ⁊ maxime ſi fuerint chol'ici aut melancholici. Flegmatici aūt extenuādi ſunt: ⁊ maxime ſi pingues ⁊ viſcoſi ſunt. Si enim in ſolo vētre abundauerint humores ⁊ nō ibidē ex toto ſupercurrūt corpore: nō opꝫ his medicamenta dari ſed ſola dieta eis ſufficiat vſqꝫ ad pfectā ſanitateꝫ vt trāſmutati q in vētre ſunt humores ledere deſināt. Si aūt ex toto corpore decurrūt in vētrem humores: tūc neceſſe eſt vt maiora adhibeanť adiutoria. Interdū etiā flobothomādi ſunt ſi ſanguinis vī eſſe abūdātia ⁊ nihil ſit qđ impediat. Catarticū etiā danduꝫ eſt ſi cacochimiaꝫ multam ineſſe cognoueris. Qđ ſi vtraqꝫ abundare perſpexeris neceſſe erit vt flōmum ſimul ⁊ catarticum adhibeanť: ſed prius flobothomuꝫ ⁊ ſic catarticum adhibebis. Dicemus ergo prius ſi in ventre tm̄ continentur humores: ⁊ ſic poſtea dicemus ſi de toto corpore fluant in ventrem.

h .i. acumine.

Signa qualis humor aut quo loco fluit aut in quo cōtinetur loco. Caplm. XXXIX.

Cognoſcere opꝫ prius ſi i aliquo loco infixi ſūt humores ſeu poros occupauerint ſiue tunicas ſtōchi repleuerint. Si enim acidū ructant frigidus eſt qui nocet humor: ⁊ poros ipſe occupat aut certe tunicas vētris: ⁊ ibidē augmentatus ſuperat qđ hoc modo cognoſcēdum eſt. Si ergo poſt nauſeā factā vomitus mox ſubſequať ⁊ ſine violentia pijciať cognoſcas in ſpatioſis vētris locis eē humorē qui pijcitur aut nocet. Qđ ſi nauſea facta nihil vomat ſcias in ſtomacho imbibitos eſſe humores: ⁊ aut cholericus eſt aut orodis[i] infixus aut ſpiſſus humor in ipſo ꝯſiſtēs ſtōcho: q2 ſepius ꝯtingere ſolet vt vēter nullam ſupfluitatem humorū habeat ⁊ ſtōchus ſit occupatus: ſed ⁊ epar aut ſplen aut alius aliqs locus ſit repletus. Nā grauior eſt qui ſuſcipit locus aut mordicationē patiendo excitať ad vomicā: manifeſte enim hec oia diſcerni ⁊ p̄uideri opꝫ. Qđ ſi vomitus frequētius ſit cuꝫ conatione ⁊ oino pijciūt: ⁊ nō interpoſito ſpatio mox vomūt magis: tūc in vētre ſunt conſtituti. Si aūt inter nauſeā ⁊ vomitū ſpatiū eſt: aut nihil fertur aut rarius vomitus moleſtias inferre videať. opꝫ hoc magis cōſiderare: q2 humor ex alio ſuperueniť loco qui vomicā generat. Cōtēplanda eſt ergo omnis corporis habitudo ⁊ alia ſigna inq̄rere[k]. ⁊ ſic ad curationē venire ſiue flobothomū ſiue catarticū adhiberi ſit neceſſe. Cogitādum eſt enim ſi nauſea ⁊ vomitus ſupuenerit aut moleſta ſit nauſea abſqꝫ vomitu: ⁊ ſic per ſe requieuerit: nam niſi omne corpus euacuatū fuerit qui[l] miniſtrať humor non prius poterit liberari.

i .i. humor ſeroſus aq̄ſus. Ia.
k oportet.
l .i. a quo corpe.

Si melancholicus aut cholericus humor vomitum excitet. Caplm. XL.

Quod ſi nauſea tm̄ fuerit ſine vomitu ⁊ ex chol'ico ſit humore tēperatiuis neceſſe eſt vti in p̄mo adiutorijs. Et ſic cū tēperaueris vel mitigaueris cām. i. acredinē peſſimi humoris: poſtea aut per vētrē aut p̄ vomitū purgabis. dabis ḡ eis in p̄mis ptiſane ſuccos vtrūqꝫ faciētes vt ⁊ mitigēt acredinē: ⁊ ēt purgent ſupfluitates humoris. Purgat etiam ⁊ mulſa aquoſa ⁊ pijcit humores de ſtomacho: ſed habet in ſe aliquid caloris: ex quo magis cacochimia ardentior ⁊ acrior augmētatur. Fugiēda eſt ḡ mulſa ⁊ alia adhuc que calefaciēdo purgare poſſunt. Et vtendum ptiſane ſuccis etenim etſi minime habeat purgādi virtuteꝫ: tm̄ humectādo ⁊ relaxando poros ⁊ tēperat ⁊ obtūdit eorum acredinem. Ex hoc enim manifeſte iuuanť. Naꝫ ſi ex eo minime vomant: tm̄ omnino qualitas ipſa vel ſubā que occupauerit aufereť ex ſtōcho: hoc etiaꝫ ⁊ in ſordidis ſpongijs videmus fieri: nec enim ipſe purgantur niſi aqua ipſa ex eis lauetur humoſitas[m]. Niſi ergo humectata vel infuſa aliquo liquore aut ſoluta fuerit ſicca permanet ſuperfluitas. Similiter etiā relaxatis vel apertis poris ad imitationeꝫ ſpongie fieri oportet vt qui ex cholerico aut melancholico humore moleſtanť purgari poſſint. Naꝫ ⁊ calide aque potatio his humoribus omnino ſubuenire poteſt. Nā ſi ⁊ ſpiſſus ⁊ fortior fuerit humor infixus vt citius proijciať: calida aqua ſola danda eſt. Hec enim frequenter data ſoluit ſpiſſos humores: ⁊ ſi[n] nimis viſcoſum ⁊ fortiter infixum flegma fuerit: ⁊ maxime ſalſuꝫ ſit ⁊ diuturnū: ⁊ ſi contra rationem datum fuerit exiccatiuum ⁊ calidum medicamen vt faciunt multi. Si igiť excoctus ⁊

m .i. ſordicies.
n Pro ſiuis.

cõglutinatus humor in ſeipſo efficit̃ ⁊ minor ſit vl̃ moleſtia ex eo nulla ſit:nec febres moleſte ſinẽtuc ⁊ multa vteris que ampli⁹ his que dicta ſunt detergit ⁊ purgat. Qđ ſi his adhibitis cõtenere[a] videant̃ humores cetera adiutoria ſunt adhibenda:⁊ maxime pigre antidotum:fortiter enim cholericos ⁊ melancholicos humores de ſtomacho purgare poteſt. Nam qui hoc dare voluerit medicamen cõſiderare debet ne nimis calida ſit cui dat̃ nã[b] in ſtericis[c] retenta[d] locis.i.in neruorum[e] vel muſculoꝝ que ſunt firmiſſima corporis deſederit. Hi enim qui calida ⁊ ſicca ſunt natura vt febres ethicas vel maraſmodes infirmitates incidãt neceſſe eſt.Oportet igitur illud dare his qui habẽt in ſtomacho aduenientes humores preter hos qui calida ⁊ ſicca ſunt natura.Sic eniʒ ſi cholericus vel melancholicus fuerit humor oportet fieri curationem.

¶ Curatio ſi ex flegmate repletus ſtomachus nauſeaʒ facit. Caplm. XLI.

SI autem acidum aut dulce fuerit flegma per qđ nauſea in ſtomacho generat̃:tũc oportet his que extenuare poſſint vti adiutoria:⁊ maxime dãda ſunt oxymella aut raffani aut certe oxymella cum raffano.Dentur etiam capparis radix ⁊ ſynapis:⁊ corax.i.porr⁹ aut ſardine vl̃ diacidonion melon qđ.℞.ſſ.⁊ petroſelinũ macedonicũ. Ex hoc enim vel ex his ⁊ digeſtio fit ⁊ extenuant̃ omnes flegmatici humores crudi. His etiaʒ mediocriter cibi dandi ſunt ⁊ ſomnus ⁊ quietudo indulgenda[f] ſunt.Sepius enim ſic dictas obſeruantibus non ſolum imutatum ⁊ extenuatum eſt flegma:ſed in ſanguinem bonum mutatur materia:vt ſine querela nutrire poſſit talis humor.Si enim acidonicum flegma fuerit dulcia danda ſunt.Et ſi ſalſum eſt qđ reſidet flegma contemplandum iterũ eſt:vnde eſt ſalſuʒ.Interdũ etiã videt̃ ꝙ ex cõmixtione oroydis[g] ſubſtantie ſalſum eſt. Eſt autem ⁊ quãdo ex hoc nõ fit:ſed ex calida diſtẽperantia aſſatum oino ⁊ calefactuʒ flegma ⁊ ſalſum ⁊ pingue efficit̃. Si ergo tibi ſalſum eſſe videt̃ ex nimio diſtẽperãtie calore adhibenda eſt:quia ſub eis que calefaciũt non reſoluitur:ſed ſub eis que infrigidant ⁊ humectant. Quantũ eniʒ ex calore glutinãtur tãtũ de frigidis ⁊ humidis neceſſe eſt ſoluant̃ quẽadmodum ſal ⁊ nitrum. Iſta ergo ſicut a calore conſtringunt̃:vtputa ab igne ⁊ ſole:ſic ⁊ ab aq̃ reſoluuntur.Si enim flegma fuerit deſiccatũ a calore:ita oporteret que dicta ſunt adhibere.

¶ Curatio ſi ex oroydis ⁊ tenuis humor in ſtomacho imbibitus fuerit. Caplm. XLII.

SI oroydis[h] ⁊ tenuis humor in ſtomacho imbibitus fuerit.Quis dicit̃ ſerum.i.ab humore pingui ſi tenuis decurrat velut ſeruʒ de lacte decurrit:ſic ⁊ liqdus humor a pingui defluẽs a grecis oroydis appellatur. Qđ ſi oroydis fuerit.i.tenuis aut pinguis fluens humor in ventre non oportet rememorari:ſed mox[i] calida aqua potui data abũdãter vomicam irritari:aut certe ptiſane ſuccus potui vt vomãt dandus eſt:⁊ ſi ſub multa humectatione imbecilliores tibi eſſe vident̃ ⁊ exolutus eſt ſtõchus ꝑpter qđ infirmant̃ ⁊ amplius vomũt ita vt nõ poſſint ꝯtinere vel attrahere ad ſe cibum:tũc eis que modicũ deſiccent ⁊ reprimãt vteris:qualia ſunt mala cydonia ipſa ſola aſſa aut inuoluta[k] inſperſo aut comeſta:aut qđ de his conficit̃ cum pipere tm̃. Alij aũt conficiũt cum pipere.ſſ.⁊ petroſelino macedonico:⁊ alij cũ gariofilo ⁊

a .i.non obedire medicis.
b Prout ⁊ non.
c .i.ſiccis ſolidis ſeu corpulẽtis. Iañ.
d Materia.ſ.
e Locis.
f .i.concedẽda.
g .i.humoris ſeroſi aqſi. Iañ.
h .i.aquoſus ⁊ ſeroſus.
i Oportet.
k .i.exteſa ⁊ ipſa ſuppãnũ ⁊ ſtomacho ab ex ſuperpoſita caſa.

coſto:ſʒ hec ampli⁹ ꝙ opʒ pharmacodes ſunt. Utiliſſimum eſt aũt qđ ſolum piper recipit aut certe vt multum qđ ʒinʒiber ⁊ piper tm̃ recipit.Sufficiũt eniʒ hec ſola ad confortandũ ⁊ calefaciendũ ſtomachuʒ ⁊ ventrem:qꝛ vtriſqʒ eſt opus his quib⁹ humidus eſt ⁊ nulla acredo humoruʒ ineſt.Si aũt tenuis ⁊ acer ſatis videt̃ tibi abũdare materia hec ſunt adhibẽda que corroborant ⁊ ſtiptica ſunt ⁊ nihil in ſe habentia qđ calefacere poſſit.Quale eſt qđ de maloꝝ cydoniorum ſimplex tm̃ ſuccus ⁊ melle cõficit̃.ſatis enim ſcimus hoc cõfortare ⁊ tẽperare omnem cholericum humorem ⁊ acrum:ꝑpter qđ etiã deficienti ⁊ calido ſtomacho vel in choleram tranſmutata materia vtilia ſunt caſtanee:neſpilla valde matura ⁊ fabe decocte cũ puſca[l] ⁊ vue ⁊ alica[m] ſimiliter data.Et vt ſimpl'r dicam que cõfortare ⁊ reprimere ⁊ ſiccare poſſunt offerenda ſunt non ſolummodo in cibis ſed in pharmacia[n].

¶ De curatione ſtõchi ⁊ flegmonibus. Cap. XLIII.

DE ſignis ⁊ curationibus ſm diſtẽperãtias ex humoꝝ qualitatibus in ſtomacho exiſtentibus ⁊ ibideʒ aliunde cõfluentibus ſufficiãt hec que dicta ſunt. Ceteruʒ ṽo de inflãmatione ſtomachi erit dicendũ:quãdo aũt inflãmationẽ patit̃ ſtomachus ſollicitudo cũ diligẽtia eſt multa adhibenda: qꝛ plurimã ⁊ maximã operationẽ totius corporis ſua preſtat efficacia.multa igit̃ ſunt adiutoria adhibenda ⁊ nõ ſicut aliqui ſolent ſola laxatiua adhibere reſoluẽtes eius virtutẽ:vnde nõ paruũ poſtmodũ ſequit̃ periculum.nã amiſſo nutrimẽto nondũ appetit cibos. Adminiſtrãda igit̃ ſunt ſimul cũ eis que relaxãt que corroborent ſtomachũ quale eſt yrioleon hoc eſt in vino ⁊ oleo admiſceas de abſinthio modicũ ⁊ maſtice.Opʒ aũt attẽdere qd ſit magis neceſſariũ ſiue que laxant ſiue que ꝯfortent. Nam ſi plus laxatiua.i.reſolutiua op⁹ ſunt admiſcendũ eſt embrocis camomillinũ oleũ:⁊ ſi nõ nimis febriũt glauciniũ[o] oleũ adipẽ addes ⁊ ſapã. Si aũt defectio cum anguſtia fuerit nõ ſatis aliqd ex his que relaxãt admiſcẽdũ eſt embrocis ſʒ magis melinum[p] oleum ⁊ vinũ adhibebis:⁊ infundes abſinthiũ in vino ⁊ roſas ⁊ coques ſimul:⁊ ynantium[q] ⁊ mela[r] ⁊ dactylos ⁊ vt ſimpliciter dicaʒ ea que ꝯfortatiua aut laxatiua ſunt adhibẽda erũt:⁊ nõ ſolum embrocis aut cataplaſmatib⁹:ſʒ ⁊ cerotis ⁊ epithimatib⁹ eſt vtẽduʒ.

¶ De cerotis ⁊ epithimatibus Hal̃. Cap. XLIIII.

MEdiocri igit̃ manẽte inflãmatione ſufficit cerotũ Hal̃.adhibitum.qđ.℞.olei nardini in hieme.ʒ.viij.in eſtate.ʒ.vj.cere albe.ʒ.viij.aloes.ʒ.v.maſticis.ʒ.j.in duplo aũt vaſe reſolues[s] admiſcebis ceram ⁊ vteris. Si aũt opus fuerit vt confortetur amplius aloes mittes.ʒ.j.addes etiã abſinthij ſuccuʒ aut ynantũ aut ſuccũ de vitũ teneris palmitibus:⁊ ſi eſtas eſt cum nimia febre pro nardino oleo melinũ[t] mittes. Qđ ſi ſatis videatur eẽ defectus ſtomachus nil eum[u] impoſitum facit.Sed ⁊ philagrij epithima per ſe aut cum diaſpericon epithimate mixtum ſtomacho ſuperponas. Qđ ſi ⁊ duritia fuerit cum inflãmatione que molliant ⁊ malaxant adhibeas quale eſt diamellilotum.¶ Item aliud thonoticõ[x] ⁊ malacticon[y] a me confectum.℞.hec libani[z].ʒ.iiij.abſinthij comaruʒ.ʒ.iiij.armoniaci.ʒ.ij.ſtoracis.ʒ.vj.cere lib.j.nardini olei librã vnaʒ vini phalerni qđ ſufficit ante pridie[&] infundes in vino ſicca ⁊ teres fortiter:⁊ poſt hoc reſoluta cera ⁊ oleo cum reliquis admiſcebis ⁊ vteris:mirabi-

l .i.aceto aqua mixto.
m Genus frumẽti eſt:quidã ſpeltam vocant.
n .i.medicina.
o A glauco qđ ẽ menithe:veruʒ aliud oleũ glaucinũ iubet Alexãder adminiſtrari in colica de frigida cã:cuius ꝯfectionẽ reperi in quodaʒ antidotario antiq̃ in quo glaucinũ nõ ingreditur. Iañ.
p .i.de cydonijs.
q .i.flos vitis maxime agreſtis. Iañ.
r .i.fruct⁹ ſuauis guſtu maior pipere. Iañ.
s Oleum.ſ.
t .i.de cydonijs.
v .i.iuncus eſt cuius radix aſſimilat̃ galange.
x .i.confortatiuũ ſeu roboratiuũ. Iañ.
y .i.molitiuũ ſanie generãs vel diſſolutiuũ malaxando. Iañ.
z .i.thuris.
& .i.per.ij.dies.

liter enim hoc medicamen ⁊ malaxat ⁊ confortat ſtõchũ.¶ Itẽ aliud qđ hoc op⁹ operat̃ maſticis aloes croci ſmirnis.añ.ʒ.j.ſtoracis.ʒ.j.⁊.ſ.abſinthij ſucci.ʒ.ij.cere.ʒ.vj.olei nardini lib.j.ꝯficies ⁊ vteris.Qđ ſi cõtigerit diuturnũ in ſtomacho eſſe flegmonẽ eis que vocãtur coptoria[a]. Ad duritias ſtomachi coptuʒ[b] ꝑpolei[c] ʒ.vj.ſtoracis.ʒ.ij.maſticis.ʒ.j.terebẽtine.ʒ.iiij.olei nardini fecis qđ ſufficit.¶ Itẽ aliud malagma[d] optimũ: facit enim ad duritias ſtõchi ⁊ reumatiſmũ ⁊ dolorem ita vt in tribus horis faciat patiẽtẽ liberari ⁊ de p̃ſenti iuuamen ſentiat.℞.hec cere punice[e].ʒ.vj.terebentine ʒ.iiij.myrre.ʒ.ij.aloes.ʒ.iij.ſciſcis[f] galbani.añ.ʒ.j.myrrã in vino infundes ⁊ teres:de aridis ṽo puluereʒ ſup mittes ⁊ cetera liquefacta ſup miſcebis vteris in pãno quatuor habente digitos.¶ Itẽ ad eos qui de frigido humore laborãt ⁊ ſimul flegmonẽ habent optimũ eſt adiutoriũ qđ vocat̃ enodis epithima:cuius ꝯfectiones ſunt multe.¶ Ego ṽo ſcribo eã quã habeo ꝓbatã.℞.hec croci.ʒ.j.⁊.ſ.aloes.ʒ.ij.folij.ʒ.j.ꝑpolei[g].ʒ.iij.terebentine.ʒ.iiij.libani.ʒ.ij.ſtoracis.ʒ.iij.maſticis.ʒ.ij.ſpice nardi.ʒ.j.cardamomi.ʒ.ij.crocimagmatis[h].ʒ.j.⁊.ſ.armoniaci.ʒ.vj.cere lib.j.⁊.ſ.colofonie lib.ij.⁊.ſ.opobalſami.ʒ.vj.dactyloꝝ.ʒ.vj. Huic eniʒ[i] nihil ꝓponendum eſt qui de frigida diſtẽperantia multũ laborãt ⁊ duritias moleſtas habuerũt ⁊ qbus moleſtum eſt flegma ⁊ dolores ⁊ tẽſuras patiunt̃:nec ſolũ ſtomachi ſʒ ⁊ epatis ⁊ inteſtinoꝝ inflãmationes ⁊ vẽtris dolorem patiẽtibus eſt vtiliſſimũ.¶ Itẽ aliud epithima qđ dicit̃ diamellilotũ yeraticũ[k] pharmacũ:cui⁹ ponim⁹ ſcripturã vt facile querẽtib⁹ inueniat̃ qđ.℞.cere eminã[l] vnã.facit aũt hoc nõ ſolũ ſtomaticis ſed ⁊ epatis doloreʒ ⁊ alia multa.¶ Itẽ aliud malagma[m] poliarchion qđ ſtomaticis facit ⁊ piꝑneumaticis[n] ⁊ nefreticis pleureticis epaticis ydropicis:facit etiã ad veſice ⁊ matricis paſſiones.℞.cere eminã[o] vnã:cardamomi eminã vnã terebẽtine eminã vnam armoniaci.ʒ.xxxv.croci ſmirnis[p] cyperi libani[q] xilo[r] cinamomi mellilotí.añ.ʒ.xxv.nardi[s] indici.ʒ.vj.olei[t] ciprini cotilã[u] vnam:vini italici qđ ſufficit.vteris aũt quãdo opus fuerit reſoluens cerotũ in ciprino[x]. ¶ Itẽ aliud.℞.abſinthij ſucci ynancij[y] nardi.añ.ʒ.iij.maſticis.ʒ.iiij.cere.ʒ.vj. Remittes[z] cerã ⁊ oleũ nardinũ ⁊ alia trita ſupermittes ⁊ cõficies cerotũ ⁊ vteris.¶ Itẽ aliud epithima ad dolorem ſtomachi.℞.ſulphuris viui.ʒ.ij.maſticis.ʒ.ij.cere librã.j.⁊.ſ.olei yrini librã.j.⁊.ſ.Sulphur qdẽ ⁊ maſticẽ terẽs in mortario:cerã ⁊ oleũ reſolutã ſupmittes ⁊ etiã malaxans vteris.¶ Itẽ aliud epithima ad oẽm inflationem ſtomachi ⁊ ad omnes duritias:⁊ maxime quibus hydrops incipit fieri ⁊ qb⁹ vẽtoſitas fit in p̃cordijs.℞.ſtoracis yſaurice[&].ʒ.iij.aloes epatici.ʒ.iij.terebentine.ʒ.iiij.laudani.ʒ.ij.bdellij perlucidi.ʒ.iij.euforbij recẽtis.ʒ.j.aut adipis anſerini.ʒ.iiij.olei nardini.ʒ.ij.cere punice[ꝯ].ʒ.xij. Alij addũt mũde picis.ʒ.iij.vini odoriferi quod ſufficit.

¶ Unctiones ſtomatice que fiunt ad frigorẽ ſtomachi. Caplm. XLV.

MUlte enim ſunt ⁊ plurime ad frigidã diſtẽperãtiã ſtomachi ⁊ ſimplices ꝯfecte vnctiones.Sed in his mirabilior eſt oibus qđ dicit̃ marciaton:⁊ odorẽ habet meliorem ⁊ virtutẽ fortiorẽ ⁊ remollit ſi qua duritia eſt in ipſo ⁊ confortat ſtomachũ calefaciẽdo. Habet igit̃ hec ꝯfectio ſtoracis calamite cere.añ.ʒ.iij.medulle ceruine.ʒ.ij.⁊.ſ.terebẽtine.ʒ.j.yſopocrioti[ꝯ].ʒ.j.opobalſamuʒ.ʒ.j.⁊.ſ.ſi nouellum eſt.ſi ṽo vetus mittes.ʒ.ij.olei nardini.ʒ.vj.conficies ⁊ vteris.¶ Itẽ aliud marciaton vtiliſſimũ qđ recipit ſtoracis calamite.ʒ.iij.medulle ceruie.ʒ.iij.aloes epatici.ʒ.ij.maſticis.ʒ.ij.olei nardini.ʒ.iij.opobalſami ʒ.iij.cere.ʒ.v.ꝯficies ⁊ vteris ſatis eſt optimũ.¶ Iteʒ aliud vnguentũ miracopũ[aa].eſt enim ad ea que marciaton facere põt:⁊ hoc ſimiliter operatur niſi ꝙ iſtud alio calidius eſt:⁊ ideo vbi opus fuerit ampli⁹ calefieri ſtõchum magis iſto expedit vti. Cõficitur enim ſic myrre troclitẽ.ʒ.iij.meri[bb] ſyriaci[cc] lib.j.opobalſami ʒ.iiij.mell'.ʒ.iij.terebẽti.ʒ.j.⁊.ſ.euforbij.ʒ.j.cere punice[dd] armoniaci.añ.ʒ.iij.ꝯficies ⁊ vter| ad oẽʒ frigorẽ.

¶ Ad frigidũ ſtõchũ embalmata[ee]. Caplm. XLVI.

EMbalmata ℞.archeotidis[ff].ʒ.ij.piperis.ʒ.ij.ſſ.ʒ.iij.petroſilini.ʒ.j.mellis qđ ſufficit conficies ⁊ vteris.¶ Itẽ aliud antidotũ ſiue trociſcus qui dicit̃ amaʒanon ⁊ a multis eſt ꝓbatus quibus dolores in ſtomacho ſunt vehemẽtes:mitigat enim dolores oino potui datus. Cõficies aũt ſic apij ſeminis.ʒ.vj.aniſi.ʒ.vj.abſinthij.ʒ.iij.ſmirnis.ʒ.ij.piperis.ʒ.ij.cinnamomi.ʒ.vj.caſtorei.ʒ.ij.opij.ʒ.ij.teres cũ aqua ⁊ facies trociſcos ⁊ dabis integram doſim.ʒ.j.ſtomaticis quidẽ cum ſape[gg] ciatis[hh].iij.cũ apoʒimate[ii] myrthe ſpleneticis cũ oxymelle:ſʒ ⁊ alia multa facit iſte trociſcus ⁊ maxime his qui vomunt ⁊ mordicationem a peſſimis humoribus patiunt̃ in ſtomacho. Hec de ſtomacho ⁊ vẽtre dicta ſufficiant.

¶ De cura viſcerum. Caplm. XLVII.

UTerum ṽo ⁊ hec opʒ ſciri quia omnis duritia ſiue in ſtomacho ſiue in epate vel ſplene aut in aliquo mẽbro non ex vna re ſed ex diuerſis fit cauſis.Etenim ſiccitate ⁊ calore precedente cõgelati ⁊ impinguati indurant̃ humores ⁊ faciũt tumores:nam frigidi ſimiliter operant̃.Oportet igitur diligẽter cõſiderare ⁊ cognoſcere de his que preceſſerũt ⁊ ex cõpetẽtibus ſignis ingrere:⁊ maxime vniuſcuiuſqʒ diſtemperãtia cõſiderãda eſt:⁊ ſic oportet adhibere adiutoria:nam ex nimia fit triſtitia:aut ſolicitudine p̃cedente:ſed ex labore vel diſciplina[kk] aut ſi paruo cibo aut potu vtant̃ ſimiliter calido. Hec eniʒ omnia cognoſcere opʒ:vnde duritia vel ex qua generata eſt cauſa. Nam duritia magis ex diſcotis[ll] fit humorib⁹ ⁊ diſtẽperatis. Neceſſe eſt ergo in tali paſſione ex tepidis ⁊ tẽperatis qualitatibus adiutoria miniſtrare ⁊ non que calefaciũt ſemper fortiter. Quibuſdã aũt ex frigore duritia generat̃:⁊ quoniaʒ ſic ſe habent non opʒ differri. Dictum eſt aũt al's ab Ariſtotele:⁊ ab alijs vtiliſſimis viris:qꝛ[mm] vnaqueqʒ res cõgelatur ⁊ ſic indureſcit. Ecõtrario ergo congelationẽ factam ſoluere opʒ:vtputa ſi ex calore aut ſiccitate cõſtringatur neceſſe eſt ex his que humectant ⁊ infrigidãt reſoluat̃ duritia:quemadmoduʒ videmus de ſale ⁊ nitro fieri: hec eniʒ magis ex calore deſiccantur ⁊ indureſcũt ſed in aqua miſſa ſoluunt̃. Quẽadmodum ⁊ que congelãtur ex frigore ab igne vel ſole reſoluunt̃:ſicut videm⁹ fieri in cryſtallo ⁊ glacie ⁊ niue quomodo a ſole vel igne reſoluunt̃. Scio igitur me duritias viſcerum cuʒ his rebus que humectant ⁊ temperãt ſanaſſe quale eſt balneũ ⁊ hydroleon.i.aqua ⁊ oleo humectãte:ſʒ ⁊ oleo roſato:⁊ camomillino vſus ſum. Sil'r aũt ⁊ embrocis ſicut ⁊ in alijs[nn] durityis de nardo ⁊ glaucino[oo] oleo ⁊ anhetino ⁊ marciaton:⁊ alijs ſil'ib⁹. Nã ⁊ dietã adhiberi calidã.i.cibum cũ pipere ⁊ aniſo condire feci ⁊ alia

a .i.inciſiua Iañ.
b .i.inciſiuum.
c Eſt fex aluearis apũ.ſ.cera ſordida Iañ.
d .i.emplm̃ mollitiuum.
e .i.rubee.
f .i.aluminis ſciſci.
g .i.fecis aluearis apum.
h .i.fecis olei de croco Auicẽ.
i Epithimati.
k .i.ſacrum ſeu diuinum.
l .i.medietas ſextarij:⁊ ſextari⁹ eſt lib.ij.⁊.ſ.
m .i.emplaſtruʒ mollitiuum.
n .i.ſtomachi vẽtoſitate grauatj.
o Eſt medietas ſextarij:⁊ ſextari⁹ ẽ lib.ij.⁊.ſ.
p .i.myrre.
q .i.thuris.
r .i.ligni balſami vel caſſie lig.
s .i.ſpice.
t .i.dalcãna.
v .i.drac.ix.
x Oleo.
y .i.floris vitis maxime agreſtis Iañ.
z .i.calefacieo.
& .i.calamite.
ꝯ .i.rubee.
ꝯ .i.ſucci lanarũ ſuccidaꝝ Iañ.
aa .i.odoriferuʒ mitigatiuũ Ia. in vbo myrra.
bb .i.vini.
cc A loco.
dd .i.rubee.
ee Sũt inunctiones ſeu ſalſamẽta in qbus mor ſelli inũgũt Ia.
ff .i.fruct⁹ iunipi.
gg Sapa eſt vinũ coctuʒ vſqʒ ad cõſumptionem duarũ partiuʒ.
hh Eſt põdus ʒ vnius ⁊.ſ.
ii .i.decoctione.
kk .i.nimia attẽtatione ad ſtudium.
ll .i.aduſtis.
mm Et.
nn .ſ.a cã frida.
oo A glaucio.i. menithe dictũ Iañ.

bis ſtiptica que huiꝰ ſunt v̄tute. Et potiones de ſpice nardi vel alia antidota que extenuant ⁊ calefaciunt.

¶ De acida eructatione ſtomachi. Caplm. XLVIII.

Acida enim eructatio in ſtōcho ſepius fit. Que non ſolū de frigore: ſed ⁊ de calore ꝯtingere ſolet. Nā multi medicoꝝ de frigore tm̄ ſtomachi hoc fieri credūt vnde ſemper calidiora eis adhibēt adiutoria. Uidemus enim multis ēt patiētes frigidis iuuatos fuiſſe cibis qui ledebanẗ calidis cibis: vnde ⁊ vinū acidat[a] aliquātis in ſtōcho ⁊ calidiora ꝓpomata[b] que de pipere ⁊ aniſo fiūt. Propter qd̄ talia remouētes ecōtrario iuſſimꝰ eos accipere calidā aquā multā ⁊ cibos euchimos ⁊ qui nō facile digerunẗ quales ſunt ſteriles[c] ⁊ ſtermon[d] ⁊ vētres anſerū ⁊ iuuēche[e] pedes cū puſta[f] ⁊ yſicia[g] ⁊ de piſcibus orphos[h] ⁊ pectines ⁊ oſtree nō cocte velociter huic paſſioni ſubueniūt vt neqꝫ acidonicum eructēt neqꝫ aliquā indigeſtionē patianẗ. Nā quibꝰ de frigore frequēter acidat[i] ſtomachus cibos accipiant qui calefaciāt ⁊ flegma amputent. Uteris aūt in hac paſſione que. ℞. piperis. ℥. j. anheti ſeminis. ℥. iij. cymini. ℥. iij. teres ⁊ puluerem facies ⁊ dabis dormitum eunti coclearium vnum cum vino temperato.

a .i. acetoſatur. b .i. potiones. c .i. inteſtina. d .i. auis que dicitur grus. e Iuuenis vacce. f .i. vino cocto. g Eſt cibꝰ factus d extremitatibꝰ carnis porcine gallice ſoucher. h Eſt piſcis q ⁊ acerina dicitur oribaſius. i .i. acidus redit.

¶ De amaritudine oris. Caplm. XLIX.

Quemadmodum acidos ructus: ſic ēt opꝫ cognoſcere qui os amarū habēt ⁊ non oibus mox que humectāt ⁊ infrigidāt vtātur. Eteniꝫ ſpiſſis poſſunt abūdare humoribus a quibus cholꝰa purgaẗ ⁊ eleuati in ſuꝑiori parte hec talia ſentiunt in ore. Nā oēs q icterici ſunt: poſſunt ſentire amaritudineꝫ: ſed nō oēs frigidis iuuanẗ cibis. Multi enim ydrogarū[k] ⁊ aliud huiꝰ māducādo multum iuuati ſunt ita vt ꝑfectius liberati ⁊ calore ⁊ amaritudine caruerint. Merito ergo hoc contingit qꝛ non ex vna cauſa fit ictericus. Alij enim ex flegmone epatis fiunt. Alij ex calida diſtēperātia vētris. Alij aūt ex viſcoſis ⁊ ſpiſſis humoribꝰ. Et iſti oēs ſanari non poſſunt niſi ab his que extenuare ⁊ calefacere poſſunt.

k ydrogarus eſt aquoſus garus ſiue aquoſuꝫ almuri ⁊ eſt ſalſa que fit ex piſcibus ſalſis.

¶ De his qui ſatis ſpuunt ⁊ humidū habent ſtomachū. Caplm. L.

Oportet eos ꝓuidere iteruꝫ qui multū ſpuunt: ⁊ nimis habēt humidū ſtomachū. Non enim omnibꝰ ſub multa ſtomachi humectatione hec cōtingūt: qꝛ poſſibile eſt ⁊ ex calore cōtingere. Qui ergo ieiuni ⁊ modicū cibū accipiētes hoc frequēter patiunẗ ⁊ nō pauſant ſaliuā ꝓiciēdo donec cibū accipiāt: manifeſtū eſt qꝛ calor reſoluit qui in ꝓfundo ſunt humores. Nā ex calore fit ſaliuaruꝫ effuſio quēadmodū in lignis ardētibus fit qñ ex ipſis defluit humor qui in ipſis eſt aquoſus. Silr̄ ⁊ in carnibꝰ fit qñ aſſanẗ. Curare autē eos opꝫ qui de calore multo ſaliuaruꝫ effuſione laborant cibos qui infrigidare poſſunt ⁊ non facile digeruntur dādo. Quemadmodū eos qui humectatione multa proyciunt ſaliuas ex his que calefaciunt ⁊ deſiccant: qꝛ ꝯ̄ria cōtrarijs curantur.

¶ De cholerica paſſione. Caplm. LI.

Quoniam quidē cholꝰica paſſio acutiſſima eſt ⁊ ſyncopim acutiſſimā infert cū ſolutione ventris ⁊ vomice īmoderata effuſione ꝓpter hoc diligēter ipſam paſſioneꝫ opꝫ cognoſcere qualis eſt vt celerius ſubuenire poſſimus: qꝛ ante oēs paſſiones acutior eſt ⁊ cito interimit. In hac ergo paſſione ſi quocūqꝫ mō differaẗ curatio nō leſionē ſimplicē ſolā ſed oino ⁊ corruptionē ſepius infert. Opꝫ ergo cognoſcere ꝙ cholꝰica paſſio eſt imoderata ꝑturbatio per vētris ⁊ vomitū effuſiones cum moleſtia ⁊ turbatione ſtōchi ⁊ vētris. Non aūt exiſtimet aliqs ꝙ ꝓpter hoc cholꝰica paſſio voceẗ qꝛ cholerica[l] effuſio eſt: ſed qñ ex inteſtinis videẗ effuſio per ventrē ⁊ os fieri materieruꝫ. Inteſtina ꝯ̄o calidas vocāt antiqui: ſicut dicit Homerus auctor dicēs cyora[m] alayora. Et deinde hanc paſſionē cholꝰicā .i. inteſtinoꝝ appellāt[n]. Fit aūt nō ex vna cauſa: ſꝫ ex plꝰimis. fit eni ex multo accepto cibo. Dum eniꝫ cōcoquere nō valet corrūpiẗ. Fit etiā ex qualitate ſola: fit ⁊ ex mollibꝰ humoribus. Fit ⁊ de cibis ⁊ potibꝰ ⁊ maxime de his qui nō ſunt apti ſtōcho q̄les ſunt lymones ⁊ pinguia ⁊ dulcia: ⁊ oleū multuꝫ in cibis miniſtratum. Fit enim ⁊ ex abūdantia cholerū[o] ſurſum vel deorſum irritata nā excernentiū[p]. Differt aūt a colica qꝛ in ea[q] nō habetur vſus[r] vētris. Fit aūt ⁊ ex aliqbus frigidis occaſionibꝰ ideſt epithimatibꝰ aliqbus vt aque frigide multa lauatione. Aut ſi potata ſit. Aut certe ſi ſuperfundaẗ aq̄ frigida. Hec aūt omnia conſiderantibꝰ nobis de curatione vniuſcuiuſqꝫ eorum neceſſe eſt dicere.

l .i. humoris cholerici. m Grecum eſt. n Greci. o Solet dici ꝙ hoc nomē cholera ipſi nūero eſt tertie declinationis neutrigeneris ⁊ ſic habꝫ cholerū in gto plurali. p .i. expellentiū. q .i. colica. r .i. receſſus.

¶ Curatio ſi ex plenitudine indigeſtorum ciboruꝫ cholerica paſſio fuerit generata. Caplm. LII.

Si enim initiuꝫ habeat ex cibis corruptis ⁊ nihil dignum exercuant vel emittāt per ventrē aut vomitū cū nauſea ⁊ conatione: tūc feſtinare opꝫ ea agere que magis ꝓuocēt vomitū. Qualis eſt mulſa que vtrūqꝫ mouere pōt ſine moleſtia ⁊ ventrē ⁊ vomitū: nā ſi ei in ſuauis ſit ad bibendum mulſa aquā calidā bibat plurimū ⁊ coges vt vomat aut digitis aut pēna in ore miſſa donec oē qd̄ intra euꝫ eſt corruptū ꝓiciat. Et cū tibi qcqd corruptū eſt omne[s] ꝓieciſſe viſum fuerit: tūc ei ꝓuocādus eſt ſomnꝰ ⁊ reges ⁊ calefactio hypocūdriarū eſt adhibēda. Optimū etiā eſt ei de oleo dulci ⁊ calido vngi ſi eſtas eſt. Si autem hiems fuerit aut nardino[t] aut glaucino[u] aut marciaton[x] vteris. Et cū quieuerit euacuatio poſt ſomnum ſi nō febriat ad balneū duci iubebis. Et nutries paulatiꝫ dādo cibos cauēs ſolā indigeſtionē. Et ſi aliqd tale nō contingat fieri qd̄ impediat celerius ad cōſuetos cibos vt reuertaẗ hortare. De plenitudine auteꝫ ciboꝝ corruptorum facta paſſione iſta non ꝓprie nominaẗ cholerica: ſed additamentum ciborum.

s .i. totum. t .i. oleo. v A glaucio qd̄ eſt menithe: int nīt tñ qd̄daꝫ in quo menithe nō intra. Ian̄. x Unguentū eſt.

¶ Curatio ſi ex qualitate vitioſa ſtōchi cholerica paſſio generetur. Caplm. LIII.

Quod ſi ex plenitudine corruptorū ciboruꝫ non fuerit generata paſſio ſed per euacuationeꝫ vel defectione ſtomachi precedente fiat ea paſſio que proprie cholerica vocatur euacuatione incōmodo exñte ꝑ vētrē ⁊ vomitū vt diximus: opꝫ adhiberi male hñti ⁊ ībecilli ſtōcho que corroborare ⁊ reparare que dicta ſunt poſſint. Dieta etiā miniſtranda eſt ⁊ panis bonꝰ cū vino aut cū myrtice[y] aut cū olfaco melle[z] aut palmaciano[&] aut ſeraptino[ꝯ] maxime ſi nō febriūt laborātes: ⁊ ſi frigidi tibi eē videanẗ ⁊ ibecilli virtute ⁊ comeſtiones[ꝫ] patiuntur. Iſti enim ſic habentes naturaliter ea coſtomachiā[aa] cū vomica patiūtur. Immoderate ergo comeſtiones cholericas faciūt paſſiones. ſi autem vomicas patiūtur ⁊ cathoſtomi[bb] ſunt experimento cognoſces. Qd̄ ſi febriunt ⁊ etate iam maiori ſunt ⁊ non ex aqua frigida ſed magis ex aliqua pinguedine: aut dulcibus: aut oleum multum habentibus vt ex his cibis magis ſubuertatur ſtomachus ⁊ habeāt ructus fumoſos qd̄[a] carbūculus vocaẗ: nō opꝫ eis panē in vino infuſuꝫ dari ſꝫ ī olfacio[b] melle aut in cibariaticon qd̄ vocaẗ aut ex hydromelle aut ex oxycrato[c] aut hydroroſato[d]: dabis ⁊ etiam ſorbere ex eo iubebis. Qd̄ ſi ꝑmāſerit vomitus vel ſi amplius adhuc fiat mente decoctionē ei potui dabis qd̄ maximū eſt adiutoriū. Et ſi ſtōchū habeat imbecilleꝫ ⁊ adhuc nāliter vtilior eſt huic paſſioni. ſi aūt deficiat virtꝰ ⁊ extreme ꝑtes .i. manꝰ ⁊ pedes ſint frigide ⁊ ſpaſmi ⁊ ſtrophi[e] fiāt: bonū eſt vinum adhiberi vel admiſceri apoçimati[f]. ⁊ multos ſcio de ſola vini potione iā deſperatos liberatos a ꝑiculo fuiſſe: opꝫ etiā fricari que ſunt fricāda loca cuꝫ oleo yrino aut nard. aut ſicionio[g] aut ex aliquo acopo[h] que ad ꝯ̄ctiones neruoꝝ faciunt vel ad frigores: opꝫ aūt extrinſecus cataplaſmata adhiberi. ſunt aūt vtilia ⁊ maxime eis qui nō continēt cibos, qualia ſunt panis ſiligineus in aqua coctus addito milino oleo[i]. ſimilr̄ ⁊ alphita[k] in vino myrtino cocta: qd̄ ſi myrtice nō affuerint in vino dabis aut de palmaciano[l] aut tyro[m] aut ſerapino[n] vbi abſinthiū pōticū decoctū ſit ⁊ roſe ⁊ mala cydonia ⁊ dactyli: ſuccū etiā palmitis teneraꝝ vitiū: ⁊ ſic poſtea coques alphitā cui addes maſticē ⁊ oleū milinū. Hec oia ad hec ſunt vtilia. Cōfortant eniꝫ ⁊ nō ꝑmittūt aſcēdere ibidē aliqd aliđ de hoc humore vt ibidē cōfluat. Multa eni ſunt dicta ab antiqs epithimata ad tales paſſiones ex quibꝰ nos experimētatū habemꝰ qd̄. ℞. ynācy[o]. ℥. ij. olfacy[p]. ℥. iij. achatie roſe ſicce. añ. ℥. viij. galle aſiane. ℥. iiij. dactylorū. ℥. vj. vini auſteri: qd̄ ſufficit olei myrtini cere. añ. ℥. xvj. picis. ℥. xij. hoc enim epaticis ⁊ diſſentericis ⁊ q cibū nō poſſunt cōtinere ⁊ vomitū patiētibus optime facit. Si aūt aſtrophe[q] ⁊ tēture fuerint facte multa vētoſitate collecta in vētre rōnabile eſt vētoſas ſupponere: nō enim mitigāt ſed ⁊ mirifice iuuāt. Preſtant ⁊ illis qui nō cōtinēt cibū ⁊ mox cū appoſite fuerint in ſtomacho patiētis ⁊ violēter fuerit abſtracte ⁊ huc ⁊ illuc ducte ꝓhibēt fieri vomitū: ⁊ adhuc etiā ibideꝫ diu īmorate ⁊ digeſtionē faciūt ciboꝝ: ⁊ ventrē plus q̄ː dꝫ ſolutū cōſtringūt. melius aūt fiet ſi calide ponanẗ ſine ſcarificatione. Si aūt inflāmatio aliq̄ diuturna fuerit ⁊ ſcirodis[r] in precordijs fuerit facta: tunc etiam ſcarificatione ſi vtaris nihil nocebit: ſed magis iuuabit.

y .i. vino qd̄ cum folijs myrti cōficitur. Ian̄. z Olfacū mel ſit ex mixtura duarū ꝑtiū mellis ⁊ vna vue acerbe diaſcorides. & Uino a loco. ꝯ A loco. ꝫ .i. pruritus. aa .i. malitiam ſtomachi. bb .i. mali ⁊ debilis ſtomachi.

a Ructare .ſ. b Eſt potꝰ qlꝫ q loco vini fit vt ceruiſia ⁊ medo. Ian̄. c .i. aceto aque mixto Ian̄. d .i. aqua roſ. e .i. ꝯuerſiões ſeu obuolutiões inteſtinoꝝ cum tortionibus. f .i. decoctioni menthe. g .i. de radice cucumeris agreſtis. Ian̄. h Acopā eſt medicamē dolorē placans ab a qd̄ eſt ſine ⁊ copos qd̄ eſt labor qñ ſine labore. i .i. de cydonijs. k .i. farina ordei. l .i. vino ſic dicto a loco. m A loco. n A loco. o .i. floris vitis agreſtis Ian̄. p .i. ſucci vuaruꝫ albarum imaturarum. Ian̄. q .i. ſubuerſiones inteſtinoꝝ. r .i. duritiei.

¶ Si ex cholerum plenitudine cholerica paſſio gn̄eẗ. Caplm. LIIII.

Si ex plenitudine cholerum effuſio nimia ventris cū vomitu fiat: ſigna hec ſunt. Mordicatio: ⁊ calor in ventre ⁊ ꝑcordijs eſt nimis. Sūt etiā ⁊ ea que ꝑ vētrem feruntẗ vel per vomitum oia cholꝰica cum ſiti nimia ⁊ lingue aſperitate. Et maxime ſi eſtas fuerit ⁊ anteq̄ꝫ patereẗ cibis calꝰis vſus eſt vl̄ cholꝰicis multos magis ex his erit tibi certa cognitio ꝙ ex plenitudine cholerum generata fuerit paſſio.

¶ Curatio. Caplm. LV.

Curari ergo opꝫ hanc paſſionē frigidis ⁊ humidis rebꝰ virtutem habētibus in potione ⁊ cibis: ſꝫ ⁊ cataplaſmata ⁊ cerotū ⁊ epithimata ex his ſilꝰibus ſubſtātijs exiſtētibus vtēda ſunt. Ptiſane ergo ſuccus frigidus potatus vtiliſſimus eſt: ⁊ lactuce date cū modico aceto ſilr̄ infrigidāt. ſilr̄ aūt ⁊ intibe[s] troxiuie[t]. ⁊ magis panis in aq̄ frigida infuſus dandus eſt: ⁊ pectines ⁊ cyriacia lauata ſepius ⁊ ſteriles ⁊ ſtermon[u] ⁊ aſtacus[x] bis coctus: ⁊ piſces duras carnes habentes ⁊ magis de ipſis facta yſicia[y]. De anſeribꝰ ꝯ̄o ⁊ pullis ⁊ gallinis vētriculi dandi ſunt. De pomis ꝯ̄o que bene matura ſunt ⁊ mediocriter ſtiptica ſunt offerenda: ⁊ maxīe mela[z] ⁊ pira ⁊ malagranata ⁊ vue que pepēderūt. ex tragimatibꝰ[&] ꝯ̄o caſtanee: dabis etiā potionē aque frigide nō de ſubito aut de ſemel ſꝫ paulatim ⁊ ſepe ⁊ magis in medio cibo. Qd̄ ſi nimio ſynthomate miniſtrante infirmiorē ꝯtingat eē v̄tutē nō alienū eſt hydromel aut olfacomel[ꝯ] eis dare aut certe modicū vini ſabinēſis[ꝫ] aut cinidion[aa]. Nā ſi inſomnietatē patianẗ ꝓpter nimiā exagitationē vel ſiccitatem ne alienenẗ minus eſt dandum vinum: ſed optimum eſt tunc eis dare diacodion qd̄ de cretica ſapa fit. Et cum aliq̄ꝫtulum dormierit admiſcēduꝫ eſt modicum de ſupradictis potionibꝰ. Supponēda ſunt quoqꝫ hypocūdrys ayçon[bb] ⁊ lactuca cū micis panis tritis ⁊ oleo roſato admixto cataplaſma impones: ſed ⁊ cerotū ex his ꝯfectū mirifice iuuat: ⁊ ſi tēpus exigit vt admiſceas de vitiū palmitibꝰ ſuccos expreſſos melius iuuat: ⁊ ſi olfaciū aut poligoniū[cc] addas fortius iuuat. hoc eniꝫ cerotum infrigidat ⁊ ꝯfortat ⁊ reprimit q fluit humorē in ſtomacho ⁊ ꝯſtringit vētrē ⁊ tēperat ⁊ appetitū ciborum excitat. Hec[dd] ergo oia ⁊ alia multa facere[ee] pōt ſi qs illud diligēter ꝯficiat hoc mō[ff]. Hec igiẗ adiutoria ſemꝑ adhiberi opꝫ qbus nimius ⁊ frequēs eſt vomitus: ⁊ frequens fit ventris effuſio ⁊ ſpaſmo ⁊ ſyncopi laborāt: ita vt ad periculū veniāt egroti. Nā vt dixi ad vomitū: aut fluxū vētris h̄ mō mirifice ſuccurriẗ.

s .i. endiuie. Ia. vl̄ cicoree vel plantaginis. t .i. endiuie ſylueſtris.

u .i. grues. x .i. cācer. y Cibus factꝰ de pedibꝰ porcorū aut groſſorū piſciū gallice ſoucher. z Eſt fructꝰ ſuauis guſtu maior pipere. Ian̄. & Tragimata ſūt fructꝰ maxime hūiceſteſtas qui comeduntur in ſecūdis menſis vt nuces auellane ⁊c̄. ꝯ Fit ex duabus ꝑtibus mellis ⁊ vna parte vue acerbe Ian̄. ꝫ A loco. aa A loco. bb .i. ſempuiua. cc Eſt virga paſtoris Ian̄. alij dicūt ꝙ eſt burſa paſtoris. dd Opera. ee Dictū cerotū. ff .i. ſupradicto.

¶ Curatio ad eos quibus paruus fit vomitus aut ventris fluxus. Caplm. LVI.

Si enim cholꝰica paſſio paruā fecerit vomicā: aut ventris effuſionē. Sed tm̄ irritata nā non ſatis fundat nihil eſt incōgruū purgationeꝫ adhiberi: vt purgeẗ humor cholericus per vētrē: ⁊ maxime ſi recēs eſt cā: ⁊ nō cōſuetus fuerit antea purgare vētrem catartico ⁊ diſtulit. Utiliter aūt ad hec facere ꝑt ⁊ ſine aliq̄ moleſtia ſcamonee opos[gg] ⁊ puſta[hh] datus cū ſucco mēthe aut cū hydroroſato[ii] ⁊ rodomelle[kk]. Et ſi tibi viſum fuerit ſtomachi aut ventris tunicas imbibitas eſſe humore cholerico ⁊ exinde irritari vomitum aut ventris ſolutionem fieri pigram antidotum dabis admixto diagredio ꝯm virtutem infirmātis. His igitur vtile eſt ⁊ non timebis qui talia patiuntur purgare. Purgatione quidem facta ⁊ omni ſuperfluitate humorum depoſita vt non iam amplius humor in ventreꝫ ⁊ nauſee cōfeſtim pauſent neceſſe eſt. Tunc miniſtrādi ſunt cibi paulatim qui nō facile corrumpanẗ: ſed ſint vtiles ad cuſtodiā ſanitatis infirmātis. Sciri aūt oportet ꝙ maxime quidē omnibꝰ q cholerum[ll] ſuſtinent paſſionē manibus calidis ⁊ mitibus adhibēda eſt frequēs fricatio. Et ligaturas partiuꝫ extremarū opꝫ fieri. Et ſi vētris vꝫget effuſio in brachijs ⁊ coxis adhibēde ſunt ligature. Si aūt vomitibus amplius exagitantur in inferioribus partibus magis .i. in tybijs ⁊ talis[mm] ligature ſunt faciēde. Qd̄ ſi frigide efficianẗ manus ⁊ pedes aut ſpaſmos patianẗ ſi nō ꝓhibeat virtus in aqua calida eis manꝰ ⁊ pedes dimittēs tādiu fomētabis donec detumeſcant loca ⁊ nimis rubea fiāt. Poſt fomētationem aūt lanis inuolue vt non frigeſcant. Iterum autem hoc magis faciendum eſt quando vomitus vꝫget ⁊ materia videtur ſuperiora petere brachia: iterum oportet fortiter fomentari quē

gg .i. ſuccus. hh .i. aceto aqua mixto Ian̄. ii .i. aqua roſ. kk .i. roſato melle. ll .i. cholericā. mm .i. calcaneis.

admodum ⁊ ſi vẽter vrgeat cõtrario facere vt pedes fomentent̃. Hec ergo omnia faciẽda ſunt vt diximus.

¶ De epatis flegmone. Caplm. LVII.

Quemadmodum oẽs inflammatões de calido ⁊ frigido ſanguine in toto corpore generant̃: ſic etiã ⁊ in epate ab omnib⁹ fieri ſapientibus dictũ eſt. Quomodo autem oportea agnoſcere: aut diſcernere ſeu in ipſo epate cõtingat inflãmatio ſeu in partib⁹ epatis ſiue in tunicis ipſius aut in aliquibus locis ſit qui extrinſecus circompoſiti ſunt ꝯſiderari opꝫ. Neqꝫ enim mox febris ſit niſi aliqua inflãmatio ſit in epate. ¶ Itẽ ꝯtẽplari opꝫ ⁊ perquirere ſeu cirta epatis patiat̃: quã nos gilbim dicimus: ſiue ſima quã nos cõcauũ epatis gilbũ dicim⁹: aut pariter ambe partes inflãmationẽ patiant̃. Si eni hec oĩa cognoſcunt̃ vel determinant̃ curatio ſit citata: ⁊ ſine aliquo impedimento adhibentur adiutoria.

¶ Signa ſi in cirta epatis flegmon fuerit. Ca. LVIII.

Si ergo in cirta [a] epatis magis q̃ alibi fiat facile hꝫ cognĩ: ⁊ maxie ſi in magnũ venerit tumorẽ. Tũc ẽt febres ſunt cauſonides cũ vomitu colerũ. Et ſepius vidi q̃ yodis [b] ⁊ dolor vſqꝫ ad iugulũ venit: ⁊ tuſſis mouet̃: ⁊ coangustãtur ꝑcordia. Et grauat̃ amplius locus q̃ dolor [c] ꝯſiſtat. Fit etiaꝫ ⁊ in tunicis epatis flegmon vel in venis que circa epar ſunt quibus acutiſſimi dolores ſunt plus q̃ ſi in ipſo epate ſint. His etiaꝫ ſignis inflãmatio in cirta [d] epatis eſſe cognoſcit̃ ⁊ viſu vel tactu vel alijs ſupradictis ſignis. Qđ ſi nõ grandẽ ꝯtigerit eſſe flegmonẽ ſed parũ difficilius cognoſcet̃. Neqꝫ eniꝫ mox febris ſit niſi aliqua [e] operprecio extẽdat̃ magnitudine. Neqꝫ eniꝫ oculis ꝑſpicit̃. Neqꝫ tactu manifeſtius poterit ſciri. Sed eſt eius cognitio ex alijs ſignis. Si ergo perſpiciatur a nobis reſpirare fortius infirmus ⁊ grauitatẽ in ea ſentitur parte cũ dolore: ſciẽdũ eſt inflãmationẽ aliquãtulam in ipſo aut in cirta ipſum eſſe epar.

¶ Signa ſi in ſima epatis fuerit inflãmatio. Ca. LIX.

Signa ſi in ſima epatis fuerit flegmon gñatus hoc mõ cognoſcet̃. Mox enim in initio in inferioribus partibus magis videt̃ eſſe tumor q̃ in ſuperioribus. Anguſtias quoqꝫ cũ defectione animi patit̃. Nec corpus reficit̃: ſed pallidũ efficit̃ ⁊ extenuat̃. Corpore infrigidato igit̃ ⁊ hydrops ſequitur. Hoc enim modo in ſima epatis inflãmationeꝫ oportet diſcernere a cirta [f] epatis.

¶ Signa ſi in muſculis epatis flegmõ fuerit. Ca. LX.

In muſculis autẽ vel tunicis aut venis que in epate vel circa epar ſunt inflãmationes his cognoſcẽde ſunt ſignis. Neqꝫ enim fiunt ſupradicta ſynthomata ſed ſꝫm directioneꝫ [g] ipſaꝫ adhuc videt̃ ꝯtinẽs ſcematiçare [h] in muſculis flegmon ⁊ extrinſecus manifeſtius ſubiacet [i]. Et non ſic quemadmodum in ſinis interius poſitus eſt.

¶ Curatio de flegmone epatis. Caplm. LXI.

Ante ergo oĩa toti⁹ corporis faciẽda eſt ꝓuidentia. Qđ ſi ſanguinis abũdãtia fuerit prius opꝫ detractionẽ ſanguinis fieri ſine aliqua dilatione de brachio dextro q̃ eſt vena ſubterior [k]. Si aũt impoſſibile ſit ipſaꝫ incidere media eſt tangenda vena. Qui enim negligũt hoc facere in magnũ incidunt periculũ. Neceſſe eſt enim vt putreſcẽte mã aut vulnus fiat aut in ſciron [l] inſanabilẽ cõuertat̃. Propterea ergo cauere opꝫ ante oĩa ne aut cataplaſma aut fomẽtatio anteq̃ ſanguis detrahat̃ adhibeat̃. Pri⁹ ergo flobotomari opꝫ. In ſcđis [m] vo purgato corpore dieta eis ordinanda eſt per quam mitigari poſſit ⁊ nihil in ſe mordicationis habeat aut aliquã acredinẽ ⁊ maxime in initio: feruẽte eni inflãmatiõe nihil tale ſuffert epar: ꝑpter qđ melius eſt oẽm vim [n] remoueri q̃ cõſtipat̃ magis reumatiçat ⁊ augmẽtet̃ inflãmatio. Dãdus eſt ergo ſuccus ptiſane qui ꝓ...cere ⁊ relaxare cõſtipata loca poſſit ⁊ ardentẽ tẽperare flegmonẽ. Silr aũt ⁊ auena dãda eſt: aut amigdale ad edendũ offerende ſunt. Oua aũt ſunt ꝓhibẽda ꝑpter qđ liquor eoruꝫ pinguis eſt ⁊ inflãmationẽ faciũt maioreꝫ. Micas vo panis aut lauatas aut coctas accipiãt ſed nõ multum. Alia aũt oĩa frumẽtoſa [o] ꝓhiberi opꝫ qualia ſunt ſimila [p] ⁊ hydrie [q] que vocant̃ pultes ⁊ placẽte. Et oĩa pinguia vel que greci oſtraco derina [r] vocãt ꝑter echinũ [s] ⁊ modicũ pectinis. Et hec tũc dabis qñ cauſa cholica eſſe videbit̃ ⁊ ſitim vel inſomnietateꝫ patiunt̃ ⁊ inflãmatio nimis calida ⁊ criſi ꝑlatodis erit. Dãda quoqꝫ erit tũc ⁊ intiba [t] ⁊ troxyme [u] ſatis eis vtiliſſime erunt ⁊ cicorea ⁊ ſucc⁹ ⁊ molles blete ⁊ pipiones ⁊ piſcis inſtellatus. Dulcia aũt oĩa fugiẽda ſunt: amplius eni augmentãt ⁊ in tumorẽ nimiuꝫ eleuata videmus viſcera nõ ſolũ in hoibus ſed in gallinis ⁊ in ſuibus ⁊ in oibus irrationabilib⁹ aĩalibus pro qua re fugere opꝫ dulcia. Sed ⁊ ſtiptica ſilr: hec eniꝫ obcludũt ⁊ collectos indurãt tumores ⁊ difficile digerunt̃. Unde neqꝫ malagranata ſunt danda neqꝫ aliud aliqđ pomũ. Neqꝫ vinum dari opꝫ ⁊ maxime ignitum omnino patienti flegmonem. Uinum aũt qđ nõ eſt ſtipticum vtiliſſimum eſt his qui anfraxim ſolam abſqꝫ flegmone habuerint. Sufficiant hec de dieta dixiſſe.

¶ De potionibus ⁊ apoçimatibus. Caplm. LXII.

ſepe ⁊ febris ignita frequentaꝰ. Cuius ꝑ q̄litate ſit curatio vt calefacias ⁊ infrigides. Neceſſaria enim ſunt febribus que infrigidāt: ſꝫ hydropicos ledunt: nā hydropicū calefaciēdo iuuas ſed febrē augmētas. Melius eſt ergo in tali cā mixtā adhiberi curationez ⁊ tēperataz vndiqꝫ ⁊ in ea que magis vigēt inſiſtere opꝫ: ⁊ alia que leuior eſſe vı̄ nō eſt negligēda. Ita vt ſi nimia ſit febris: tūc magis frigidis q̄ꝫ calidis vtaris per que febres mitigan̄: qꝛ ꝯ̄ria cōtrarijs curan̄. Nā nulla rōne hydropicie ſuccurriꝰ ꝑus q̄ꝫ amputeꝰ febris ⁊ caloꝛ qui cōtra nāꝫ eſt cōſumaꝰ. Etenīꝫ ⁊ hec [a] ipſa ſi diuturna fuerit occidet vl' ſi hydrops ſola fuerit extinguit hominē. Oīs eniꝫ diſtēperātia ſeu caloris ſeu frigoris ſi diuturna fuerit ⁊ optinuerit deyciꝰ virtus ⁊ deiecta v̄tute cibus nō digeriꝰ nec mutaꝰ in ſanguinē: ſꝫ ex ipſo vapore corporis aquā nutrit. Nā de ſintheſi [b] corporis hydropici fiūt. Crede tñ̄ Galeno dicēti. Uidemus eniꝫ ſintheſiꝫ natā ⁊ hāc ex calore magis q̄ꝫ ex frigore factā. Opꝫ ergo ꝑuidere vt dixit Hippocras ⁊ p̄ſentia ⁊ p̄terita ⁊ futura. Et ſic ad curationem opꝫ accedere. hydropicos eniꝫ calefacere debere: qdā dicūt q febriūt ſꝫ nō eſt verū. Nā ſcimꝰ multos frigidis iuuatos adiutorijs. Hoc eniꝫ cōtinget qñ̄ diſtēperantia viſcerū mēbra ad ꝓpriā reuertunꝰ nāꝫ: ⁊ epar tēperatū ſanguinē bonū generat. Si aūt calore aut frigore diſtēperatū ſit nō expediētē ſanguinē mittit corpori: ſed corruptū aut certe aquā. Queadmodū ergo dictū eſt in oībus hydropicis in primis dieta eſt miniſtrāda. Et ſic poſtea ad ea que purgāt veniendūꝫ eſt. Et nō de ſubito vel ſemel ſꝫ paulatiꝫ vt dictū eſt danda ſunt catartica aut cibi. Sed non eos q ſiccēt cibos aut acra medicamēta mox in p̄mis dari opꝫ: ſꝫ paulatim mediocribus ⁊ leuibus incboandū. Et ſic poſtea fortiora dāda ſunt medicamēta. Et ea poſtmodū magis dāda ſunt que plus calefacere ⁊ extenuare pñ̄t corpus. Nā ſubitanee euacuatiōes ⁊ ſatis [c] calide adeſcationes [d] remittunt magis carnes ⁊ replēt humiditatibus corpus reſolutis humiditatibus potiꝰ q̄ꝫ euacuēt. Et ſi opus habeas vt infrigides ſic vtere vt paulatim a modico incipias per partes addēdo. Et ſic poſt eas venias ad maiora que magis īfrigidēt. Sic eteniꝫ faciēdo ſine leſione curatio fieri poterit vt infirmus facile ferat ⁊ cōſuetudo corpis paulatim tēperamentū accipiat. Purgabis aūt eos vt opꝫ ⁊ ſic venies ad balneū. Et egeſtatione [e] mediocres. Sꝫ ad flegmaticos ⁊ frigidiorē exiſtērē naturā optime ſunt aque calide naturaliter. Tenuibꝰ aūt ⁊ ſiccis ⁊ febricitātibus de aqs fluminalibꝰ duplicibus ſunt balnea vtenda oleo punctis [f]. Sed ⁊ eorum mutatio ſit. i. de tepidis in calores tranſeant aut de nimis calidis in temperata vt dictum eſt ſm̄ diſtemperantie qualitatem.

a .i. febris.

b Sintheſis ⁊ atrophia idē ⁊ ē extenuatio nimia preter naturaꝫ. Jañ.

c .i. nimis.

d .i. cibi.

e .i. exercitia.

f Ipſis febricitātibus.

## Ad emoptoycos. Cap. CLVIII.

NEſcio ſi eſt alia peior paſſio iſta. i. q ſanguinē expuūt nō ob h̄ ſolū: qꝛ ipſa per ſe euacuādo occidere pōt hoīeꝫ. Sꝫ qꝛ peſſima ⁊ diuturna cū terribili mētis turbatiōe paſſio generaꝰ. Quāplurime ergo feſtinare opꝫ in p̄mis mox cognoſcere paſſionē: vñ̄ cā cōtingerit aut in quo loco q̄rela eſt facta. Quibꝰ agnitis curatio cōpetēs ſic eſt adhibēda ⁊ differre non opꝫ: qꝛ oīum egritudinū hec eſt peſſima. Ante oīa ſcire opꝫ qꝛ tribus cauſis ſputuꝫ vel vomitꝰ ſanguinis cognoſcendus eſt fieri. i. perixim: ⁊ diabroſim: ⁊ anaſtomaſim vt greci vocant rixim dicunt cuꝫ vena crepuerit. Diabroſiꝫ dicunt cū vena amiſſo nutrimēto caro deſuper ipſaꝫ extenuaꝰ: ⁊ vena nudatur ſubtilioꝛqꝫ effecta eius tunica ſeipſa comeſta multuꝫ deſudat ſanguineꝫ ⁊ ſic effuſus intrinſecus per os redditur. Anaſtomaſim autem dicunt cum oꝛa venarum virtute amiſſa apertioꝛa effecta ⁊ laxioꝛa ſanguinem refundunt extrinſecus. ⁊ ſic aut vomitur aut per ventreꝫ educitur in ſeceſſum. cognoſces auteꝫ vnāquāqꝫ paſſionem generatam his ſignis.

## Signa diariſis. Cap. CLIX.

DIariſis igiꝰ ſi fiat hoc mō cognoſcitur cuꝫ ſanguis ſpuiꝰ. p̄mo qdē qꝛ aliud ꝓcedit vñ̄ ꝯtingit venā crepuiſſe. i. aut vehemens clamoꝛ aut aliqua corporis oppreſſio aut percuſſura: aut ſi aliquod pōdus grauie leuauit: aut ſi faciente [g] neceſſitate nimioqꝫ frigore vexatus. Nam ⁊ nimia repletione ſanguinis facta in venis rumpitur aut crepatur vena: aut ex nimia corporis ventoſitate rumpitur vena. his enim ſepius venam crepuiſſe manifeſtum eſt.

g .i. cogente.

## Signa diabroſis. Cap. CLX.

COgnoſces aūt diabroſim in venis cōtigiſſe h̄ modo. Prio eniꝫ paulatiꝫ anamodice ſanguineꝫ expuunt ⁊ ꝑ ſingulos dies augmētaꝰ ſanguis: ita vt deſubito ēt multū ꝓyciaꝰ ſanguinolētū ſputū. Ceterū hāc paſſionē aut catarrꝰ: aut in oꝛe multuꝫ ſalſa ſaliua p̄ceſſit: aut acres cibi aut nimiū pingues aut ieiunia lōga. Si aūt ⁊ cū ipſo ſanguine videaꝰ aliqua carnoſa ꝓycere aut mēbranis ſil'ia ſint permixta ad hec magis eſtimandum eſt diabroſim in gargale [h] locis in venis factum fuiſſe.

h .i. faucis locis. Gargalla gargalle gallice gargate.

## Signa anaſtomaſeos. Cap. CLXI.

ANaſtomaſim hoc mō cognoſces. primū qdeꝫ nihil ex his p̄cedit q̄ in riſi ⁊ diabroſi fieri diximꝰ: ſꝫ magis dieta humidioꝛ ⁊ calidioꝛ p̄ceſſit. ⁊ balneorū vſus ꝑmultus [i]. ⁊ vbi vel māſerint vl' manēt calidus fuit cubiculus aut ipſa regio calida eſt. Si eniꝫ aliqd hoꝝ fuerit ⁊ modicū ſputū ſanguis augmētatū eſt cognoſcas anaſtomaſim venarū eē factā: hec eniꝫ ſigna ꝑſpiciēdo poteris in initio cognoſcere que cauſe emoptoycum facit.

i .i. valde multus.

## Ut ſcias ex qbus locis fluat ſanguis. Cap. CLXII.

SI ergo multū ⁊ repēte proyciꝰ ſanguis: ſi flauus aut ſpumoſus ſit: ⁊ ſine dolore ſit q patiaꝰ. ſciēduꝫ eſt qꝛ de pulmone fluit ſanguis deſubito feraꝰ: exiſtimaꝰ de thorace eē. Ferꝰ ēt ſanguis ex pulmone ſicut empicoꝝ: in qbꝰ inter thoracē ⁊ pulmonē vulnꝰ ꝯtineꝰ. Cognoſcēdū eſt nō ex īferioribus ꝑtibꝰ eē: ſꝫ de faringa [k] ⁊ ēt ſit [l] qꝛ ſputū ſine tuſſe: aut cū nō grādi tuſſe ꝓyciꝰ: vt ⁊ de oꝛe ſpuētibꝰ ſanguinē. nā ⁊ de ſtomacho ſine tuſſe vomūt ⁊ nō cū ſputo cōtingit. Sic eniꝫ poſſibile eſt cognoſcere cauſam vnde fluit ſanguis aut in quibus ipſa paſſio conſiſtit locis. Ceterum vero de curatione eorum erit dicendum.

k .i. fauce.

l De locali ſcꝫ.

## Curatio riſis in emoptoycis. Cap. CLXIII.

SI in quocūqꝫ loco crepuerit vena ⁊ ſanguis per os reddaꝰ ſubuenire opꝫ oīmō. Conuenit ergo mox de brachio venā tangere ⁊ nō nimis deſubito facere ſanguinis detractionē: ſꝫ bis ⁊ tertio ⁊ paulatim eſt auferēdus. Et maxīe eſt h̄ faciēdū ſi plenitudo aſſit ſanguis anteq̄ꝫ acciderit egritudo aut ventoſitatē nimiā vel inflationem paſſus

eſt: ⁊ etate ſit plena. i. ꝑfecta qui patiꝰ. Si vero ſoluta eē videaꝰ adhuc v̄tus adhuc ampliꝰ auferēdus: ⁊ tūc magis ſecuriꝰ deſubito auferēdus ē ſāguis ⁊ nihil minꝰ iuuat q̄ꝫ ſi per ꝑtes auferaꝰ ſanguis. Scio aūt ego quoſdā in brachio cū nō fuiſſent inuēte vene de manu feciſſe euacuationeꝫ: ⁊ plus multo eos fuiſſe iuuatos. Si. n. ex longioribꝰ mēbroꝝ locis detraxeris ſanguineꝫ leuigata mãe moleſtia multo meliꝰ ſit antipaſis [a]. Poſt aūt ſanguis detractionē iubēdus eſt vt ſit ſibi ſollicitus vt nō fortiter reſpiret. Et ſi expuerit ſāguinē poſtea aq̄ ſaꝫ mulſaꝫ ei ſorbē iubebis: vt ⁊ trūbꝰ ſi eſt ſanguis reſoluaꝰ: ⁊ effuſio rep̄maꝰ mãe ipſiꝰ.

a .i. diuiſio ſeu ad cōtrarius attractio. Jañ.

## De dieta emoptoycorum. Cap. CLXIIII.

SIt autem eis oīs cibꝰ ſtiptıcꝰ mediocriter: q̄lis eſt ſuccꝰ alice [b] aut ptiſane: erit aūt multo melioꝛ ⁊ fortioꝛ ſorbitio ſi ſit de amilo triticino ⁊ modico mellis ſil' coctū ſit cū ipſo ſucco de amilo facto. Nō aūt p̄ſente ptiſana: ſucco vteris faris aut de ſimila aut ſuccꝰ vue factis: ⁊ micis panis in calīa aq̄ ⁊ ouoꝝ vitella ſuꝑ his oībꝰ ſunt vtilia. Opꝫ aūt neqꝫ ſorbitiones neqꝫ aliquos cibos dari calidos: ſꝫ oīa ſint tēperata ⁊ magis ad frigiditateꝫ ducētia q̄ꝫ ad caloreꝫ. Eteniꝫ hydria [c] eſt optima ⁊ magis iuuare pōt ſi ſine ſale comedaꝰ ⁊ oleo multo. De oleribꝰ. Olera aūt dāda ſunt malue lauate bñ̄ ſine ſale ⁊ lactuce in puſta [d] cocte ⁊ cū aq̄ in puſta date. ſil'r aūt itiba [e] ⁊ portulaca. De volatilibꝰ. Si vero hec minime inueniaꝰ poſt dies. vij. accipiāt pullos ⁊ gallinas nō ſatis pingues ⁊ apoçimata [f] magis q̄ꝫ çimas. Comedāt ēt ꝑdices ⁊ de ataginis [g] pectora. Dabis ēt teſticulos galloꝝ. ⁊ ſi hec ampliꝰ vētrē deponāt aſſiduā da ſunt ſine ſale. Sic eniꝫ cibāt ⁊ vēter eis nō corrūpiꝰ amittētes ſuccos dū aſſanꝰ: ⁊ adhuc multo ſuauiores efficiunꝰ ⁊ ſtomacho aptiores. De anſeribus vero que nō ſatis dure ſunt offerende ſunt extreme ꝑtes ⁊ ventres. ⁊ de ouis ipſoꝝ vitella. Minuēte igiꝰ ſanguinis fluxione ēt pedes porcini dādi ſunt. ⁊ aſpratiles [h] piſces admixto aceto vbi coquanꝰ. De leguminibꝰ. Offerēda aūt ſunt alica [i] ⁊ citrū ⁊ oriça [k] multū cocta ⁊ hec ⁊ iteruallo dāda ſunt: ⁊ qñ̄ ſine febre ſunt aut nō nimis febriūt. nā qñ̄ ſine febre ſunt ⁊ ſi cū lacte coquātur nihil nocēt: ⁊ maxīe ſi cōſueti fuerint cū ſani eēnt lacte vti. De pomis. Poma vero accipiant mela [l] ⁊ maxime cydonia elixa: pira: ſorbas: neſpila. ⁊ ſi nimiā ſitiꝫ hñ̄t ⁊ melonis ⁊ cucumeris iteriora dabis. ⁊ vuas dabis que ſuſpēſe fuerint vel exiccate ſunt. Ficus aūt oīno ꝓhibēde ſunt. De tragimatibus. Tragimata aūt pene oīa fugienda ſunt: de quibus danda ſunt piſtacia [m] ⁊ amigdale ⁊ malagranata. Raro quideꝫ dāde ſunt vue ⁊ nuclei pinei ⁊ h̄ [n] ipſa cū ſanguinis fluxus quieuerit. De potionibus. Potio auteꝫ in tota egritudine offerēda eſt calida aqua ⁊ hec nō calida [o] ſed tepida [p] ⁊ gelida vel lactanea [q]. Si autē non pñ̄t ꝓpter imbecillitatē ſtomachi calidā aquaꝫ accipere ꝯcedēdū eſt: vt modicū accipiāt de olfaco melle [r] aut hydroroſato [s] aut ex malis cydonijs fcō hydromelle ſemel aut bis. In alijs aūt horis calidā [t] aquā vt dictū eſt ⁊ aquoſam puſtaꝫ [u]. hec ergo ſit diete obſeruatio.

b Alica eſt genꝰ tritici qdā ſpelꝫ tam putant.

c .i. cr̄e ſunt fila oblonga de paſta azima facta.

d .i. aceto aque mixto.

e .i. endiuia. Ja.

f Apoçima proprie eſt decoctio ſyrupata cū ſuccharo vl' melle: ⁊ çima eſt decoctio nō ſyrupata.

g .i. faſianie.

h .i. ſquamoſi.

i Eſt genus frumēti qdā ſpeltaꝫ putāt. Jañ.

k .i. riſi.

l Sunt fructꝰ ſua ue guſtu maiores pipe. Jañ.

m .i. fiſtici.

n Dāda ſunt. ſ.

o Multum.

p Inaſa tēperata.

q .i. tepida vel lac.

r Olfacū mel ſit ex mixtura dua rū partiū mell' ⁊ vna vue acerbe. Jañ.

s .i. aqua roſ.

t Accipiant.

u .i. acetum aque mixtum. Jañ.

## Curatio ad rixim paſſionem. Cap. CLXV.

ADhibenda igiꝰ ſunt adiutoria ⁊ maxime his q minime diligētius pñ̄t cuſtodire ciborum obſeruationē. Primo quideꝫ ſimplicia ſunt offerenda. Et ſic poſtea fortiora ſunt miniſtrāda. Menſurāda ſunt eniꝫ adiutoria ſm̄ magnitudineꝫ paſſionis ⁊ virtutē infirmantis: ⁊ ſic ſunt miniſtranda. Sunt ergo adiutoria ad hoc qbus ⁊ ratio ſimul ⁊ experimenta ſubſiſtunt vel cōſentiunt. Sunt aūt hec ſimphiti [x] radicis decoctio potata rep̄mit eruptiones venarū ⁊ ſanguinē fluēteꝫ ⁊ ſanat crepatiuū. Portacule [y] ſuccus potatus optimus eſt ⁊ operatiuū adiutoriū. Si aūt hec nō ſuſtineant accipere hec herbe eodē modo iuuare poſſunt rubi mora. ⁊ flores arboris roboris [z] ⁊ corticis ipſius mēbrane aut glandis que inter cutem carnēqꝫ eius ſunt mēbrane. Propter vehementiaꝫ aūt vel aſperitatē potionis optimuꝫ eſt nō ipſas ſpecies tritas ad bibendū dare ſed decoquere in aqua ⁊ ip̄m apoçima [⁊] dare. Itē aliud reupōticū potui datū ſatis iuuat. Itē lētiſci [ꝯ] folioꝝ ſuccus potui datus. Itē poligonie [ꝝ] ſuccꝰ que eis ſanguinaria dı̄ ad hec nimis laudaꝰ. Nō ſoluꝫ aūt ad ruptiones venaruꝫ ſed ad oēs emoptoycos ſuccꝰ eiꝰ aut ipſa trita ⁊ potui data aut cū lemnias [aa] frigidos bene iuuat. Iteꝫ ſamnias [bb] ⁊ giſaſtereos ad rixim ⁊ ad oēs emoptoycos cuꝫ aqua calida aut aliquo predicto apoçimate facit. Itē porri ſuccus cū portucle [cc] ſucco equali menſura ⁊ modico aceti potus reprimit dia rixim. i. fluxū ſanguinis. His ergo ⁊ ſil'ibꝰ vti opꝫ adiutorijs ad emoptoycos tp̄s cuſtodiētes cōpetēs. Eſt aūt cōpetēs ⁊ optimuꝫ tp̄s ad dādū potiones anteq̄ꝫ ſanguis refectio fiat ⁊ cū iaꝫ defecerit fluxꝰ ſanguinis. Dabis aūt nō ſolū ſemel in die ſed ſepius: ⁊ tūc maxime qñ̄ viget frequēs moleſtia de ſanguinis retētiōe.

x .i. cōſolide maioris.

y .i. porulace.

z .i. quercus.

⁊ .i. decoctione.

ꝯ .i. arboris maſticis.

ꝝ Eſt quā arabes virgaꝫ paſtoris vocant. Jañ.

aa Lēnias frigidos nō ē aurū pigmētū vt qdā exponūt ſed eſt terra ſigillata. Jañ.

bb Samnias ⁊ giſatereos ſūt due ſpecies terre.

cc .i. porulace.

## De embrocis ⁊ epithimatibus. Cap. CLXVI.

SUperponende ſunt aūt extrinſecꝰ circa thoracem embroce de lanis cū oleo roſeo aut melino [dd] aut myrthino aut aceto modico aut vino auſtero nō ſatis vetuſto infuſis. Mutāde ſunt ipſe lane frequētius nā calefacte iterū mouent ſanguineꝫ. Doloribus aūt ꝑmanētibus circa thoracē nihil irrationabile eſt que ꝑagoriçent ⁊ deſiccent ⁊ reprimant adhibere medicamenta. Maxime aūt ad tales paſſiones vtilia ſunt que ex metallicis ⁊ aceto cōficiunꝰ qualia ſunt ambroſia que frequenter cōficimus aut dialteon aut barbara emplaſtrū ⁊ maxime Galeni. Ad molliores aūt ꝑſonas que non pñ̄t fortiora ferre medicamina bene facit feniceon [ee] cum cere modico ⁊ oleo roſaceo in aceto reſoluta ⁊ minaſeon emplaſtruꝫ ⁊ ea que dicta ſunt emplaſtra. i. barbara ⁊ dialteon ſi bene ſoluanꝰ cū aceto roſeo aut fiāt ceroto molli ſil'ia. Ad hec quoqꝫ vtilia ſunt. i. ad molliores naturas carniū vel qui imbecillo ſunt corpore ad emoptoycos antidota ⁊ trociſcorum confectio.

dd .i. d̄ cydonijs.

ee .i. dactili. Jañ.

## De q̄tuor medicaminibꝰ ad rixim. Ca. CLXVII.

QUod ſi cōtingat ⁊ dolores ꝑmanere ⁊ ſanguinis fluxꝰ nō ceſſerit vtenduꝫ eſt fortioribus medicamētis que cōficiuntur ad hec in antidotis ⁊ trociſcis vl' cataputijs [ff] que adiutoria poſſint ⁊ ſanguinē fluentē reprimere ⁊ dolorē mitigare vl' tollere ⁊ vētris fluxionē reprimere ⁊ ſomnū facere. Ad quaꝫ rem multa ab antiqs inuenta ſunt. Ex quibus nos nobiliſſima que ab alijs ⁊ a nobis ꝓbata ſunt tradimus. Ex quibus vna eſt que. ℞. libani [gg] amili ſimphiti [hh] añ. ℥. iij. tundes cernes ſubtiliſſimo tricocino puluerem ⁊ dabis coclearium vnū cū modico puſte [ii] in apoçima [kk] myrthe aut lētiſci [ll] aut maligranati ſucco aut lenticule. Scḋa aūt cōfectio. ℞. geſſamias [mm] ℥. xiiij.

ff .i. pillulis.

gg .i. thuris.

hh .i. conſolide maioris.

ii .i. aceti aque mixti.

kk .i. decoctiōe.

ll .i. arboris maſticis.

mm Spēs terre eſt.

amili.ʒ.xiiij.dragaganti.ʒ.xij.gūmi arabici opij.añ.ʒ. xij.ſucci plantaginis aut poligonie[a] qđ ſufficit facies trociſcos dracmeos ⁊ dabis in potione cum aqua aut ſucco plantaginis aut poligonie herbe. Qđ ſi ſine febribus eſt in puſta[b] dabis. Iſte eniꝫ trociſcus nō ſolū facit ad emoptoycos ſꝫ ⁊ his q̄bus dolores in thorace ſunt vehemētes aut in vētre ⁊ ad alia plura bñ facit. ¶ Tertia aūt ꝯfectio. ℞. hec lemnias fragidos[c] amili libani gyſaſtereos[d] gūmi ſtipteree[e] ſciſcis achatie ſcirre[f] .añ.ʒ.iiij.ſimphiti[g] .ʒ.vj.ſucci porri qđ ſufficit facies trociſcos dracmeos ⁊ dabis patiēti attēdēs nō ſolū ad paſſionē ſꝫ ad patiētis virtutē: ſolues igit̃ trociſcū in puſta[h] ⁊ dabis cū apoçimate ſimphiti aut rubi: valde eniꝫ expimētatū eſt. ¶ Quarta aūt ꝯfectio. ℞. hec. Achatie ſtipteree.añ.ʒ.j.apoçime[i] aut papaueris qđ ſufficit: facies ꝟo cataputias[k] ⁊ dabis tenere ſub lingua: hec[l] eniꝫ maxīe facit ad eos q ex faucib⁹ ⁊ trachea arteria ſanguinem expuunt. Qđ ſi ex thorace vel pulmone proyciatur ſanguis in potione ſolutaꝫ[m] vt ſupra dictum eſt dabis: ad oia enim mirabilis eſt.

¶ Curatio diabroſis emoptoycis. Cap̄. CLXVIII.

QUod ſi cōtingat diabroſiꝫ emoptoycis fieri ex quolibet mēbroruꝫ loco ſiue ex pulmone ſiue ex thorace aut ex faucib⁹ nō opꝫ iā ſtipticis ſatis rebus aut acris medicaminibus aut cibis ſanare ſꝫ magis que cōtēperare aut trāſmutare aut digere acrē poſſint humorē per quē anabroſis facta eſt. Fugere aūt opꝫ ſlōmiā. Quāplurimi.n.inueniunt̃ qui anabroſim incurrūt paſſionē corpe tenues ⁊ ſicci thoracē hñtes anguſtū ita vt nō ſint ſcapulati: de qua re[n] facilius in hanc incidūt paſſionē ⁊ in ptiſim trāſeunt.

¶ De cibo. Cap̄. CLXIX.

HOs ergo nos magis nutrire opꝫ cū ptiſanis vt ⁊ ipſa grana ordei ⁊ ſucc⁹ vnū fiāt. Silr̃ aūt ⁊ alica[o] nihil in ſe acidū aut ſalſuꝫ hñte. Et nullatenus admiſcēda ſunt que extenuare pñt: ſꝫ ecōtrario habeāt que glutinare ⁊ replere valeāt loca quales ſunt amilus triticeus aut malue. Si aūt nō febriāt ⁊ lac ⁊ dragagāta[p] Olera aūt manducēt que infrigidare ⁊ humectare ſolēt: qualia ſunt intiba[q] ⁊ troximus[r] ⁊ lactuce ⁊ malue. Poſt dies autē.vij.eis qui imbecilliorē hñt vtutē gallinas dabis ſine ſale ⁊ oleo maxime domeſticas quaꝝ pectora rarius ſunt comedēda ne calorē igerāt in loco vbi anabroſis facta eſt.

¶ Ad eos qui ex triſtitia aut ſollicitudine aut ex abſtinentia ſanguinem expuunt. Cap̄. CLXX.

FIt etiā aliq̄bus vt expuāt ſanguinē maxime ex triſtitia aut aliq̄ ſollicitudine vl̃ ex abſtinētia nimia aut labore multo aut ex vigilia multa aut ex catarro ⁊ ex acris ⁊ tenuibus humorib⁹ habēs initiū reumatiſmi. Qđ ſi aliqua hoꝝ p̄cedens fuerit cā nō ſolū gallinas ſꝫ ⁊ ſteriles[s] de ſcrophis[t] maiores ⁊ porcaſtros[v] his dari opꝫ. Et piſces duras carnes habētes ⁊ pectines ex q̄bus ⁊ yſicia[x] facta dabis. Similiter aūt ⁊ aſtacos[y] biſcoctos in aliqua aqua mutata ⁊ porcinos pedes ſine oleo coctos. Et vt ſimpliciter dicā que cōſpiſſare ⁊ replere vel obtūdere acredinē pñt dabis vt ea que fluxerūt in thoracē vel in pulmonē poſſint tēperari. Propterea ergo ⁊ poma[z] his danda ſunt que infrigidare ⁊ humectare poſſunt qualia ſunt mellonū carnes ⁊ mella[⁊] ſuſpēſa ⁊ vue ſuſpēſe ⁊ mella non ſtiptica. ficus aūt oino ꝓhibende ſunt.

a .i. virge paſtoris. Jañ.
b Aceto aque mixto.
c Spēs terre eſt.
d Spēs terre eſt.
e .i. aluminis de pluma.
f .i. nigre.
g .i. ꝯſolide maioris.
h .i. aceto aque mixto.
i .i. decoctionis papaueris.
k .i. pillulas.
l Quarta confectio.
m Dictā quartā confectionem.
n .i. ꝓdrem.
o Genus frumēti eſt: quidā ſpeltam putant.
p Dabis eis.
q .i. endiuia. Ja.
r .i. endiuia agreſtis. Jañ.
s .i. inteſtina.
t .i. porcis.
v .i. porcos caſtratos.
x yſicia ſic fiunt coquunt̃ piſces vel carnes: ⁊ poſtea ponunt̃ in aceto vl̃ vino ⁊ ſupaſpergitur puluis odorifera͡ꝝ ſpecierum.
y .i. locuſtas piſces. Jañ.
z .i. fructus.
⁊ Mella eſt fructus ſuauis guſtu maior pipe.

¶ Signa ſi de capite fluit acredo. Cap̄. CLXXI.

COntemplandū eſt in his maxime ſi de capite fluit acredo ⁊ exinde fit cā. Prouideri ergo opꝫ ſi tuſſis quieuerit ſeu cōgeſta[z] ſunt que patiunt̃ loca. Si.n.nō fiat de capite fluēs ⁊ ſubtilis ⁊ acer humoꝛ pauſare pōt tuſſis.

¶ Si de acris humorib⁹ paſſio fiat. Cap̄. CLXXII.

FIt autē hoc bñ ſi capiti que infrigidare ⁊ humectare pñt adhibeant̃: per hec eniꝫ regeſcit caloꝛ in eo ⁊ acredo i capite poterit minui. Neqꝫ eniꝫ frigidā in capite hñtes diſtēperātiaꝫ hūc calorē: aut acredinem patiunt̃: vt ſanguinis fluat abūdātia. Pro qua re adhibendū eſt capiti oleū roſaceuꝫ per ſe aut cū aque frigide modico vt poſſit penetrare in altū: ⁊ ſic regeſcere faciat calorē q trahit ex inferioribus ptibus ⁊ adducit ad ſe ⁊ tranſmittit gargalioni ⁊ ad thoraceꝫ deſcēdit ⁊ ad pulmonē. Opꝫ ēt ad balneū eos duci. Qñ aūt hoc agenduꝫ eſt oleū roſatū ꝓhibendū eſt aut oxirodinū[z] frigidū ⁊ maxime ſi in ſolio ꝯtingat eū eſſe calidiori. Frigida aqua ꝑꝫ rōnē[aa] qua cōtēperetur diſtēperantia capiti mediocriter ſupermittēda. Sꝫ hoc opꝫ fieri q̄bus de capite cōſiderat̃ ſanguis vt fluat nec de acris humorib⁹ ſup venaꝫ fit comeſtio carnis. Nā q̄bus ex acredie humoꝝ ſup vene tunicas aut ipſis in tunicis comeſtio fit: ⁊ cicatricāt[bb] ipſa loca ⁊ ex hoc fit ſanguineū ſputū opꝫ vt iubeat̃ his ꝯtinere oleū roſ. aut ſiminum[cc]: aut puſtā[dd] ⁊ ad lauādū os de iuſquiami radicibus: aut ſtrigno[ee]: aut ſemperuiua: aut roſis: aut androꝛoſato[ff] ⁊ his ſimilibus. Ego ergo ſic exiſtimo poſſe ſanari qui[gg] expuunt ſanguineꝫ ꝓpterea ꝙ eſt ex acredine generata comeſtio cū catarro. Admiroꝛ aūt qūo Galenus nihil hoꝝ que infridare aut humectare pñt vſus eſt: ſꝫ ecōtrario his oibus facit. Mox ergo a principio vſus eſt que deſiccarēt ⁊ calefacerēt cāꝫ: q̄c̄q̄[hh] comeſtionis[ii] anagogis[kk] diligenter ſciēs fuit. Si ergo ſic ſe habent: vtiqꝫ nō eſt bonū qualitati[ll] cauſe inſiſtere ſed magis ⁊ humidis ⁊ frigidis mox a principio debet vti. Et ſi multitudo exiſtimet̃ cacohimia eſſe: euacuari opꝫ: ⁊ hoc pp acros ⁊ cholericos humores purgādos ne diſtēperati adhuc amplius acrū efficiāt ⁊ caput ⁊ thoracē. Tyriaca aūt ⁊ capſia[mm] ⁊ fimo columbaꝝ vtebatur in balneis ſiccis. Et nec modicū olei concedebat ſup caput infundi ſꝫ neqꝫ corpori. Hec ergo oia acriorē excitant vel augmentāt qualitatem ⁊ creſcere magis faciūt anabroſim[nn]. Nam nō mitigant ⁊ qđ fluit ꝓhibent mordicando[oo] loca vel comedendo. vñ magis tempanda ⁊ mitigāda ſunt: ⁊ qđ fluit reprimēduꝫ eſt ⁊ tuſſis mitigāda eſt ⁊ oia membra ⁊ tēperata cuſtodienda ſunt: qđ eſt ei maximū adiutoꝛium. Et his ſeruatis ea adhibeant̃ que deſiccando in cicatricē ducūt. Eteniꝫ ſcio me ſepius abſqꝫ tyriaca vel alijs antidotis ſanaſſe multos per hec que ſine mordicatione ſunt medicamenta: ⁊ maxime de lapide ematithe.

¶ De lapide ematithe. Cap̄. CLXXIII.

VSi ſumus autē lapide ematithe ⁊ ad eos qui ſanguinem multū iactabant cum ſucco de maloꝝ granatoꝝ granis facto aut cum ſucco poligonie[pp] herbe. Quib⁹ aūt nō cū pōdere ſanguis iactus erat cū aqua tepida dedi. Soluere igit̃ eū ⁊ terere oportet minutim ita vt ſubtiliſſimus fiat valde ita vt vento ſit ſimilis ad volandū. Dari aūt oportet ex

z .i. oppilata vel conſtipata.
z .i. mixto aceti ⁊ olei roſ. Ja.
aa .i. mēſuram.
bb .i. vulnerant.
cc Humores acri.ſ.
dd .i. de lentiſco. Jañ.
ee .i. acetuꝫ aque mixtum.i. morella.
ff .i. aq̄ roſata.
gg Illos.ſ.
hh Pro q̄uis.
ii .i. corroſionis.
kk .i. ſputi ſanguinis.
ll .ſ. deſiccationi vulneris ꝑ applicationem calidoꝝ ⁊ ſiccoꝝ q̄ cauſe vulneris addunt corroſionem: qm̄ ipſam acuunt.
mm .i. naſturtio agreſti.
nn .i. corroſionem. Jañ.
oo .i. cum mordeant.



tet ex eo pulūere. Ↄ.j.⁊ modicū plus aut min⁹. vſi ſumus aūt ħ ⁊ ad eos q pus incipiūt ſpuere ⁊ mirabilr̃ vbi deſiccatū eſt ex eo vlc⁹ ad ſanitatē ꝑduxit vt neqꝫ vlterius generaret̃ pus neqꝫ a tuſſi moleſtaret̃ q fuerat infirm⁹. Uidem⁹ aūt ⁊ aliū quēdā diabroſim[a] patiētēꝫ q nō ſolū iactabat pus ⁊ male olēs: ſꝫ ⁊ mēbrana q̄dā ex faucib⁹ ⁊ trachea arteria ꝓyciebat cui mirabilr̃ lapis iſte ſubuenit. Curatus eſt ergo iſte: dabat̃ eniꝫ ei.in vino tenui ⁊ odorato frequēter in potu. Cōſiderādū eſt ēt vt ſubtiliſſimus poſſit effici puluis. Hoc ergo mō faciēdus eſt. Teres.n. fortiter ⁊ lintheo tenui ligabis ⁊ pones in paruo[b] calice hñte vinū odoriferū facias ħ veſpe ⁊ ibidē ꝑmaneat vſqꝫ mane iſuſus vt ſubtilē aliquā eius ptē vinū ad ſe trahere poſſit vt is q biberit vinū ſentiat q̄litatē. Hoc ḡ mō factū potuꝫ dare opꝫ mane: vt ſuauis ſit adhibēdū. ħ.n.ſi frequēter vſus fuerit ꝑfecte ſanabit̃. ⁊ cū ſic fuerit dat⁹ ſtōch⁹ ſubuerſionē nō patiet̃. Hoc ḡ ſufficiat de lapide emathite dcm̄ q a me inuēt⁹ ⁊ ꝓbat⁹ ſepi⁹ ſic̃ dictum fuit. ⁊ q̄ nō[c] opꝫ calefacē ⁊ deſiccare aut dare aliqđ acre medicamē eis q anabroſiꝫ[d] patiunt̃ ex catarro ⁊ ꝑ calidā diſtēperātiā ſanguinē aut pus expuūt: ſꝫ que magis ſine mordicatione ſunt curari opꝫ medicaminib⁹.

¶ De bolo armenico. Cap̄. CLXXIIII.

QUod ſi litus ematiſtis[e] nō fuerit inuēt⁹: vt dcm̄ eſt vteris armenico bolo. Mirabilr̃ eni facit ⁊ ipē ad hāc cām aut certe geſſamias[f] aut lēnias[g] frigidos: aut gelaſius[h] ex q̄bus manifeſtuꝫ eſt: vt fiāt trociſci: aut ex lēnias fragidos. Sunt autē ⁊ alia adiutoria ſimplicia ⁊ cōfecta q̄bus magis nō opꝫ feſtinare vti que deſiccatiuā ⁊ acrē hñt q̄litateꝫ. Et iō nihil melius eſt q̄ꝫ lapis emathitis ad dyabroſim paſſionē: expeditiſſimus eni eſt vtēdū vtiqꝫ ad hec dicimus ⁊ diacodij[i] medicamen. Qđ manifeſte his dari nō dꝫ q̄bus ex frigida diſtēperātia vel ex catarro cōſurgit: ⁊ qđ fluit humidū aut flegmaticū eſt ⁊ nullā ſalſedinē vel acredinē ſentiūt vel habere vident̃: ſꝫ neqꝫ ex aliqua qualitate poſſidentur. His ergo non nocet dari tyriacam antidotum ſed magis iuuat.

¶ Que ſūt adiutoria extrīſec⁹ adhibēda. C. CLXXV

EXtrinſecus[k] ꝟo ſunt adhibēda adiutoria q̄ deſiccare pñt ſupfluitates cutis vt nō reumaticā tibus locis tuſſis fortiter inferat̃ ⁊ eruptio fiat vene. Ego aūt ſcio quēdaꝫ ob reumatiſmū in thorace patiētē ex frigida diſtēperātia cauterios in capite poſuiſſe ignitos ⁊ mox ei accidētia vniuerſa ceuiſſe: ita vt plenitudo q̄ ſupfluebat humoꝝ ⁊ tuſſis fuiſſet amputata ⁊ vlcera eoꝝ ſine reumate effecta fuiſſe ⁊ ſanata. His ēt aquaꝝ calidaꝝ naturaliter vtiliſſimus vſus eſt: queadmodū eis qui ex calida diſtemperantia laborant contraria hec ſunt: vel omnia predicta que calefaciunt inimica ſunt.

¶ De his que ſunt cauenda. Cap̄. CLXXVI.

OMnes aūt qui ſanguinē vomūt aut expuūt cauere debēt ne iterū in hāc paſſionē icidāt. Lōgū[l] eniꝫ aut citatū cū nimio ipetu iter nō eſt arripiendū. Sꝫ nec nimiū exercere corpus aut fortius clamare aut venerijs frequētius vti. Et ne ꝑ apiū comedere: aut acedonicū[m] ſynonuꝫ[n] aut acrimonia[o] aut veterē caſeū. Hec eni maxīe his obſeruāda ſunt qui anabroſim[p] patiunt̃ ⁊ ſanguinē expuūt ex ipſa cā corroſiōis[q] queadmodū[r] ⁊ nimia repletio cibi q̄cūqꝫ inflare ꝯſueuerūt cauēdū eſt: ⁊ furoꝛ ⁊ graues pharmacias ⁊ pōdera manib⁹ leuare. Et ea[s] que aluū[t] ꝯſtringūt eis qui cōſueti ſunt ſanguinis hēe fluxū. hec igitur oia eis q anabroſim patiunt̃ ꝓhibenda ſunt: ſꝫ ⁊ ſolis ardorē ⁊ habitationē calidā approximare aut in calidā aquā caput mergere aut puluerē calidū aut acruꝫ capiti aſꝑgere: aut aliquo alio calido vnguēto: aut oleo caput vngere aut velare illi maxīe obſeruēt q de naribus: aut ꝑ palatū nimiū ſanguis fluere ſolet. Silr̃ aūt qui anathomaſim[u] patiunt̃ cauē dñt balnei vſuꝫ ⁊ ħ frequēter: magis aūt[x] ⁊ ebrietatē ⁊ oēs cibos calidos.

¶ De lacte dando. Caplm̄. CLXXVII.

OMnibus igit̃ q ſanguinē expuunt expedit lacte recenti vti ⁊ a palo[y] caſea: ⁊ maxīe de capris aut de vaccis. neqꝫ eni medicamentū neqꝫ alter aliqs cib⁹ plus vtilis eſt his q̄ꝫ lactis. Hi igit̃ q ab initio ꝑſeuerātes ſolo caſeo vſi ſunt ꝑ multū tps integrā receperūt ſanitatē. ſcio eniꝫ quēdā qui toto anno lacte vſus eſt in potione ⁊ cibo. interdū aūt ⁊ ſimul cocto lacte cū ſimila aut ydria[z] aut farre aut alicaꝫ[⁊] aut cuꝫ farina triticea ſubtiliſſima pultibus vſus eſt ⁊ certum eſt q̄ ad perfectam ſanitatem venit.

¶ De nefreticis quibus lapides in renibus naſcuntur. Caplm̄. GLXXVIII.

GEnerantur aūt in renibus lapides ex viſcoſis ⁊ ſpiſſis humorib⁹ nimio caloꝛe puſtis. Caloꝛ eniꝫ ignit⁹ in renibus ꝯſiſtēs generat lapides: queadmodū videm⁹ figulos de terra opantes: ⁊ ipſa vaſa a ſole ſiccata aut igne decocta indurant̃ in lapidē: ita vt in aq̄ miſſa ſolui nō poſſint. His igit̃ cognitis ſolliciti eſſe debemus ne pinguioꝛ aut viſcoſa in renibus generet̃ mā: neqꝫ ibidē ignitus accidat caloꝛ ex diſtēperantia facta calida augmētatus: ſed potius minuendo temperetur.

¶ Signa nefreticoꝛum. Cap̄. CLXXIX.

COgnoſci aūt opꝫ diligēter qñ lapides in renibus doloꝛes faciūt. Nā hec eis cōtingūt ſigna ſicut ſi his q ⁊ colū patiunt̃: vt maxīe in initio difficile diſcernant̃. Naꝫ vtriſqꝫ vomica[z] fit: ⁊ cōſtrictionē vētris patiunt̃: ⁊ vētoſitates vl̃ tēſiones ſtōchi ⁊ epatis. Et cū hec vtriſqꝫ ꝯtingāt: artificis eſt vtriuſqꝫ cās ꝑpēdere: vt nō ei poſſit cā latere. Ergo in vtriſqꝫ[x] reb⁹: magis ampli⁹ fiūt vomice eis q colū patiunt̃: ⁊ idigeſti ſunt ⁊ nā ſlatici: ⁊ ꝯſtrictione vētris ⁊ vētoſitates plus q̄ꝫ nefretici patiunt̃. Nā nefretici ſic nō patiunt̃: ſꝫ curati ſepi⁹ vētris reddūt officia. Interdū aūt abſqꝫ curatione vētoſitatē ꝑ podicē reddūt ⁊ vētris ſubſequunt̃ officia: qđ nullo mō q colō patiunt̃ ꝯſequunt̃. Opꝫ aūt ⁊ vrinas eoꝝ diligēter ꝑſpicē. maximā.n.in his ſi diligēter iſpicias iuenies cognitionē. Colicis aūt ſlatica eſt vrina ⁊ plurimā hñt hypoſtaſiꝫ: nefreticas autē parua eſt hypoſtaſis ⁊ arenoſa qđ in vrinis q colō patiunt̃ nō fit. Doloꝛ qppe nefreticis magis cū ḡuitate infix⁹ in vno vī eē loco ⁊ retro: ⁊ plus magis efficit̃. Colicis aūt in añ magis q̄ꝫ de retro efficit̃. Et ꝯſtrictio vrine fit nefreticis qđ colicis nō ꝯtigit. Sic.n.cogſcere opꝫ ⁊ determiare iter vtroſqꝫ.i.q lapidē hñt in renib⁹: ⁊ iter eos q colō patiunt̃.

¶ Curatio nefreticoꝛuꝫ. Cap̄. CLXXX.

QUibus lapides in renib⁹ gñant̃ hoc mō curari opꝫ. Mox igitur in acceſſione que relaxent ⁊ mitigent ſunt

a .i. corroſioneꝫ vene.
b .i. cipho.
c Dictū eſt a me.
d .i. corroſionē.
e .i. lapis emathitco.
f Gen⁹ terre eſt.
g .i. terra ſigillata.
h .i. nucella vel auellana.
i .i. diapapaueris.
k .ſ. ſupra caput.
l .i. velox.
m .i. acetoſum. Jañ.
n Eſt petroſelinū agreſte.
o .i. acuta.
p .i. corroſioneꝫ vene.
q Supple.
r Uitāda eſt ſcꝫ.
s Cauēda ſunt.
t .i. ventrem.
u Anathomaſis vt hus dictū eſt cū oꝛa venaꝝ ꝟtute amiſſa apertioꝛa effecta ſanguinē effundūt.
x Cauere debēt.
y .i. molli. Jañ.
z .i. tri ⁊ ſunt q̄ſi fila ex paſta agīma facta.
⁊ Eſt gen⁹ frumēti q̄dā ſpeltam eſſe putant.
z .i. vomitus.
x .i. inter vtraſqꝫ res diſcernēdo.

adhibēda. Utiliſſimū[a] eſt balneū alijs oībus: nō eniʒ mitigare ſʒ ⁊ curare pōt. Colicos igit̄ ſepius mitigare vī. Nā nefreticos (vt dcm̄ ē) ⁊ mitigat ⁊ iuuat. Et cū lauerit ſe nefretic⁹ inungēda ſunt loca que dolēt oleo camomille ⁊ in ſolio amplius ⁊ diutius fricanda ſunt. Opʒ eniʒ nō ſolū ſemel in die: ſed ⁊ bis ⁊ tertio ⁊ ſepi⁹ ⁊ in frigidā piſcinam dimittēdus eſt. Et ſi eſtas fuerit diuti⁹ ibidē morari oʒ. Poſt accepta ꝯo ſabana[b] potuʒ dabis apoçima[c] colūbi.i. radicis cardi ſylueſtris cū apij radicib⁹ cocta ⁊ modico aniſi in aqua ad tertias cocta. Qd̄ ſi ꝑmanſerit dolor: ⁊ nullo mō vrinaʒ cū minutis lapidib⁹ faciat: dabis apoçimā ex radicibus herbe quinquefolij adhuc in ſabanis[d] inuoluto: fortiter eniʒ ⁊ cū ſuauitate operat̄. Sed extra balneum opʒ accipere iſtā[e] potioneʒ ⁊ in ipſo apoçimate oxymel interdū admiſceri ⁊ ſic dari. Si aūt quinquefolium nō fuerit inuentū qd̄ greci penthafilon vocant aut radices eius aut yringiū[f] aut criſſiniū[g] aut prionidos[h] ſatis magnifice apoçima[i] eorum potata facit.

a .i. vilius. — b .i. indumenta. Jañ. — c .i. decoctioneʒ. — d .i. indumētis. — e Quinqʒ folijs. ſ. — f .i. yringam. — g .i. ſpēs eruce. — h Prionidos Paulus. c. de lapide iter medicinas ad lapidē enumerat: puto ꝙ ſit ſaxifraga. — i .i. decoctio.

## De extrinſecis adiutorijs .i. fomētationib⁹ ⁊ ſacellis. Caplm̄. CLXXXI.

Extrinſecus autē vteris ſacellis de furfuribus triticeis coctis in apoçimate herbe camomille ⁊ euiſci[k] radicum ⁊ anheti ⁊ melliloti ⁊ olei camomille: frequēter. n. mutādi ſunt ſacelli. Qd̄ ſi nō fuerit furfures in apoçimate ſupradicto addes oleū dulce ⁊ infuſos pānos calidos dolenti ſuperpones loco. Et ventrē per clyſtere opʒ ſubducere cū nō ſatis acro[l]: ſed magis ſit iniectio que oleū hʒ: ampli⁹ ꝯo ⁊ relaxet ⁊ educat amplius auctos humores quale eſt ex decoctione euiſci[m] radicū ⁊ fenugreci ⁊ cariataꝝ[n] ⁊ furfuꝝ tritici ⁊ herbe camomille ⁊ oleo camomillino aut certe ptiſane ſucci cum oleo roſaceo ⁊ camomille aut cum vitellis ouorūʒ inijciendi ſunt.

k .i. biſmalue. — l .i. acuto medicamine. — m .i. altee. — n ficuuʒ ſiccarū.

## De cerotis ⁊ cataplaſmatibus. Cap. CLXXXII.

In locis ꝯo dolētib⁹ iponēdū eſt cerotuʒ de cera ⁊ oleo camomille ⁊ roſeo ⁊ vitellis ouoꝝ cōfectuʒ aut certe h̄ mō cōpoſituʒ. Olei camomillini. ℥.ij. olei roſati: vitella ouoꝝ cruda. vj. cere albe crude. ℥.ij. ꝯficies in lintheoqʒ iductū ſuppones: pagoriçat. n. h̄ ⁊ intēperātiā loci deponit ⁊ cāʒ minuit ⁊ ꝓhibet lapides gñari. Si aūt dolores ꝑmaneāt ⁊ lapides exire nimij nō poſſint: fortiora ſunt vtēda adiutoria. Qualia ſunt de yrcino ſanguie cōpoſita. Uñ h̄ mō facies pāno ipones yrci ſanguinē miſcebis in pila cū fermēto ordei ⁊ terēs cataplaſma ipones. Facit. n. cataplaſma h̄ ad poros ⁊ lapides in renibus ⁊ veſica mirifice.

## De potionibus. Cap. CLXXXIII.

Oportet eniʒ ſanguinē yrcinuʒ bñ ſiccari ⁊ cū ſiccauerit teres cū tricocino ⁊ ſic dabis eis q lapides in renibus vel in veſica hñt bibere coclearīuʒ vnū. Et de cicadis ſilr̄ ſiccatis ⁊ tritis puluerē dabis. Opʒ. n. eis offerri pēnas ⁊ pedes ⁊ ſic dari patiēti in balneo ad bibēdū. qd̄ tūc dabis qñ in ſolio eſt. Meli⁹. n. facies cū in vino melle admixto dederis aut cūʒ cōdito. Hec aūt fortiora ſunt in v̄tute ⁊ ſimplicia: ⁊ nimis ꝓbata. Optimū tñ ⁊ ſatis ⁊ nimis forte eſt medicamē qd̄ fit de ſanguie yrcino ꝯfectū h̄ mō. Cū auguſto mēſe icipit maturari vl̄ variaſcere[o] vnā accipias patellam factā de terra noua a figulo: ⁊ mittes in ea aquā ⁊ pones ad focū vt bulliat ⁊ terre ſaporē amittat ⁊ occides yrcū ⁊ ſanguinē ſuſcipies non qui ꝑmo fluet aut poſtea ſʒ mediū. Et cū ſe coagulauerit diligēter incidēs minutim in patella ſanguinem coopies patellā lītheo ſpiſſo duplici ⁊ pones ſub diuo vt a ſole ⁊ luna ſiccet̄: ⁊ cū ſicc⁹ fuerit bñ totuʒ teres ⁊ repones in ꝑxide ⁊ dabis exide coclearīū vnū. Dabis aūt cū ſapa[p] cretica[q] bibēdū vt dcm̄ eſt. Hoc aūt medicamē nō in ꝑuo tꝑe a nobis exꝑimētatū tradim⁹: ſʒ ab antiqs exꝑimētatū eē didiſcim⁹. Opʒ aūt plena eē etate q occidēdus eſt yrcus. Sit aūt annoꝝ nō plus aut min⁹. iiij. Et anteqʒ occidat̄ vt bono odore ſit ſanguis comedat folia feniculi aut hedē aut lauri ⁊ amomū in potione adminiſtret̄. Ego autē ſanguini yrcino admiſcui myrrā troclytē ⁊ dedi ad potādū cū nimios dolores paterent̄: ⁊ nullo mō vrinā facerēt p̄re magnitudine lapidis. Et accepta potiōe ꝯfractos ⁊ minutos mox ꝓiecit cū vrina lapides. Et cōfeſtim ſubinde bibēdo minutatiʒ ꝓiectus eſt lapis nec vlteri⁹ alij ꝑmiſſi ſunt lapides renaſci: anodina. n. hec potio dr̄ qr ⁊ lapides minuit ⁊ vltra alios renaſci nō ꝑmittit: vñ ⁊ dei manus vocat̄: qr doloreʒ amputat ⁊ renes de lapide purgat. Qd̄ ſi ſanguis yrcin⁹ ad ꝑſens nō fuerit dabis hāc potionē cū ꝯdito ſpice nardi ſu ſaxifrage[r] bethonice aſſari lini ſeminis petroſelini. añ. ℥.ij. coſti ⁊ folij añ. ℥.j. facto puluere dabis coclearium. j. cū condito[s] vſuali ⁊ dabis ad bibēdū añ horā prādij. Iſta eniʒ potio minutat lapidē ⁊ ꝓijcit ⁊ nō ꝑmittit alios renaſci.

Itē alia potio que dr̄ dianardū. ℞. hec ſpice nardi pipis. añ. ℥.j. caſſie coſti. añ. ℥.ij. facies puluerē tenueʒ dabis cū aq̄ ſero ⁊ mane coclearīū. j. His ḡ potionib⁹ vti opʒ ⁊ his ſilibus in acceſſione[t] lapidis cōſtipatis locis. Nō opʒ his adiutorijs ifirmus vtat̄ qñ ſine dolore eſt ne diſtēperata inueniant̄ renū loca. Qd̄ ſi his acceptis ꝑmaneāt dolores ⁊ ꝑiculū ineſſe oſtēdāt vt deiecta v̄tute nimia ſit inſomnietas: inueniēda ſunt vt dent̄ antidota q̄ ⁊ dolores mitigēt ⁊ ſomnuʒ faciant ⁊ lapides extenuent ⁊ confringant. Qualia ſunt filoniū aut panicea aut tyriaca ſed nō vetuſta aut ꝑ ſe aut cū filonio mixta. Melius[u] eſt eniʒ nā ⁊ virtuteʒ reparat ⁊ mitigat dolores.

Itē antidotū ad nefreticos ⁊ ad vlcera renū ⁊ veſice qd̄ ſtatim tollit dolorem. ℞. hec piperis albi. ʒ. xx. iuſquiami albi ſeminis. ʒ. xx. opij. ʒ. x. croci. ʒ. iij. pyretri. ʒ. j. euforbij. ʒ. j. cucumeris domeſtici ſeminis. ʒ. vj. apij. ſeminis. ʒ. vj. lappatij ſeminis comi[x] ſeminis amigdalaruʒ amararū purgataruʒ feniculi ſeminis. añ. ʒ. iij. mellis quod ſufficit conficies ⁊ vteris ad nimios habentes dolores.

o .i. nigreſcere. — p .i. vino cocto vſqʒ ad cōſumptionē duarum partium. — q A loco. — r .i. valeriane. — s .i. cū clareto vl̄ hippocrate vel hydromelle. — t .ſ. dū3 doloreſt fortis. — u Sez vt miſceat̄ cum philonio. — x .i. cicute.

## Curatio de flegmone cum inflāmatione facto in renibus. Caplm̄. CLXXXIIII.

Quod ſi plecturam[y] eſſe exiſtimaueris ⁊ inflāmatio ſit cū anfraxi fuerit in renibus oīno flobothomādus eſt mox in ꝑncipio. Et poſt hoc nō peccabis ſi adhibeas adiutoria laxatiua. Scio enim in his ſolis que ſcripta ſunt adiutorijs plurimos perueniſſe ad ſanitatem. Rememores autē diuerſas curas que a me vel a multis antiqs ꝓbate ſunt. Ceterum aūt ex magnitudine paſſionis ⁊ virtute patiētis ⁊ ex habitudine corporis inuenies que vnicuiqʒ poterūt ſubuenire adiutoria que cōfrāgūt lapides ⁊ alios vltra renaſci nō permittūt. Nā diſtemperantia renū ſi ſit calida nimis: date calide potiones facilius alios lapides generant. Fugiende ergo ſunt oēs nimis calide potiones ⁊ acres[z]. Nam ſi cōtingat vt neceſſitas compellat vt ſemel aut bis dentur temperanda ſunt ipſa loca: poſtea his remotis ⁊ nō[⁊] ſicut multi facere

y .i. plectoriā ſeu ſanguinis repletionem. — z .i. acute. — ⁊ Facias. ſ.



ſolent: qui ⁊ declinatione iam facta ea dare preſumūt vt non iterum congregetur ſpiſſius humor vnde lapides augmentent̄ur. Sed econtrario obſeruari oportet ⁊ tēperari ⁊ extenuari per ea que ſine calore ſunt adhibita. Ex quibus eſt oxymel ⁊ adianthus ⁊ aqua in qua cocti ſunt elioſperagi ⁊ gramen ⁊ radices apij ⁊ yringi ⁊ quinquefolij radices ⁊ plātaginis radices ⁊ folia. Et adhuc magis ſeminis ciceri nigri apoçima[a]. Et gliciſidis[b] ſemen ⁊ amigdale: ſed hec non frequenter vtēda ſunt niſi tunc quando ſuſpicatio eſt: quia colligitur in renibus pinguis materia. Et hec ante ciborum acceptionem oportet dari bibenda cum calida[c] in qua[d] coctum eſt apoçima. Nihil enim ſic temperare poterit renes ſicut aqua calida facit ſi vſu[e] ſit vt iam vlterius non poſſint lapides generari. In medio autē prandio aut aquam frigidam aut vinum frigidum aut roſatum aut violatum bibat ⁊ iuuabitur. Nam conditum[f] omnino prohibendum eſt vt ydrogarus[g] ⁊ omnia quecūqʒ cum pipere fuerint facta vel condita ⁊ non ſolum ea que acra ſunt: ſed etiam cibi qui ſpiſſos generant humores quales ſunt ydria[h] ⁊ alica[i] ſimul ⁊ oua dura: ⁊ opus piſtoricium[k] de lacte factum ⁊ caſeus: hec enim prohibenda ſunt. Et vinum ſatis nigrum ⁊ auſterum: ideſt ſtipticum ⁊ culcitra de plumis prohibenda eſt: quia renes multum calefacit. Fugienda ſunt etiam que grauant digeſtionem ⁊ ea que non digeruntur lepia ⁊ piſces ſcyrodis: qualis eſt cyminus palamidas[l] coſibus cephalis ⁊ oſtracoderina preter pectines. Echinos[m] autem frequenter debet accipere ſi eſt poſſibile: quia temperant ⁊ vrinam mouent. Aſtacus aūt ⁊ ſciricion[n] rarius ſunt accipiendi. Oſtree omnino prohibende ſunt. Carnes autem pingues ſimiliter. Et aues que in paludibus degunt omnino prohibende ſunt. Offerēde quoqʒ ſunt anſerū extremitates ⁊ aues que nō ſunt ſaginate. Pomis[o] aūt vtantur. vtantur cucumeribus in primo[p] que intrinſecus ſunt ⁊ maxime melones: ⁊ ficus virides ⁊ ſiccas accipiāt vuas mela[q] ⁊ pyra: nec multum nec frequenter accipiant.

a .i. decoctio. — b .i. peonie. Ja. — c Aqua. — d Cū qua factum eſt apoçima. — e .i. ꝯſuetudini. — f .i. nectar vel hippocrate. — g .i. aquoſus garus ⁊ eſt garus ſalmuria vl̄ ſalſamētū ex inteſtinis piſciuʒ cum ſale maceratuʒ. — h Gen⁹ frumēti: eſt quidā ſpeltā putant. — i .i. tri ⁊ ſunt qſi fila que fiunt de paſta açima. — k .i. flacones que fiūt de paſta açima ⁊ lacte. — l .i. piſces teſtoſi. — m al's anchimos piſces. ſ. — n .i. teſtudo marina. — o .i. fructibus. — p .i. in principio menſe. — q Fruct⁹ ſūt ſuaues guſtu maiores pipere.

## Signa ſi inflāmatio in renib⁹ ex plenitudine humorum fiat. Caplm̄. CLXXXV.

Inflāmationes fiunt ex plenitudine humorum fluentium in quocūqʒ loco corporis ⁊ maxime in carnoſis omnibus locis. Unde ⁊ contemplandum eſt in renibus: quia abſconſa loca ſunt ad cognoſcendum ſi plenitudo ſit ſola que facit inflammationem: aut qualitas ſola aut ex vtriſqʒ accidat. Plenitudinis eſt cauſa cum ſanguis eis ſit mult⁹ inutilis: aut certe ex plenitudine ipſa ſola anfraxis facta ſit aut extenditur ⁊ altius excitatur ipſe locus. Ex qualitate autem ſola fit quandoqʒ ſi modicum fuerit cholericus ⁊ nimis acer humor: aut melācholicus ſpiſſus ⁊ pinguis. Si autem multuʒ ſit ex his que ſupercurrit ⁊ cacochimiam eſſe contingat: tunc ex vtriſqʒ leditur locus: ⁊ tenditur a plenitudine: ⁊ ledit̄ ſub eius moleſtia qualitatis. Contemplari ergo oportet vnde fluit ſeu a toto corpore: ſeu ex aliquo ſuperpoſito membro. i. a ſplene vel ab epate aut ab alio aliquo membro, magis autem ex his fit diuerſitas curationū. Si igitur totum corpus videretur eſſe plectoricuʒ. ad hoc[r] igitur prouideri oportet curationem. Et ſic poſtmodum localis adhibēda eſt curatio. hoc eſt ſi ſanguis abundans eſſe videtur ⁊ ipſe generat flegmonem flobothomus eſt adhibendus. Si autem cacochimia fuerit catarticum dādum eſt vt ſuperfluus detrahatur humor. ꝙ ſi catarticum dandum eſt prius cibis competentibus nutriendus eſt: vt bene ſolutum preparāt corpus: ⁊ temperent ventrem. Quales ſunt ſucci ptiſane ⁊ intibe[s]: ⁊ de piſcibus qui humectare ⁊ temperare poſſunt. Si aūt ſpiſſus fuerit humor ⁊ nulla in eo ſit acredo: oxymel ante dandum eſt ⁊ cibus vel apoçima ſunt offerēda que ſubtiliare ⁊ extenuare poſſunt humores. Sed quoniam que ſubtiliant q̄plurime mordicationem faciendo acceſſioneʒ mouent inflammatis locis: ideo oportet eligere ea que mordicationeʒ non faciūt. Eſt ergo qd̄ extenuare poteſt abſqʒ mordicatione nihil melius q̄ mulſa aquoſa. Ex ea igitur ante catarticum extenuandi ſunt humores qui ſpiſſi ſunt: ⁊ temperentur qui acri ſunt: ⁊ ſic poſtea dabis catarticum ſi tibi fuerit viſum. ꝙ per ſolam dietaʒ ſuperfluus nō poſſit educi humor. Quia oportet fugere que inflammata ſunt loca: purgare catartico: ⁊ maxime in initio adhuc exiſtente indigeſto humore ⁊ tumore adhuc cū nimio ardore laborante: quia non amplius alibi nocere poteſt[t] q̄ in renibus[u] aut in veſica inflammata. Renes auteʒ ⁊ veſica ſuſcipiunt in ſe ſuperfluos humores magis q̄ digerantur in eis. Quod ſi digeſtio humoris minorata manifeſtius appareat non oportet dari catarticum. ergo cum multa ſit cacochimia ⁊ materia abundans eſſe videtur adhiberi oportet curationem catartici. Si autem non multa videatur eſſe materia per totum corpus: ſed magis modice ardēs appareat: fugiēda eſt mulſa ⁊ omnia que ſunt diuretica: ⁊ ſi ſine mordicatione ſit. Sed magis danda eſt calida abundāter: nam calida aqua acredinem obtundit ⁊ mordicationē lauando abſtergit: ⁊ qd̄ calidum eſſe videtur extrahendo temperat ⁊ dolorem mitigat: ſed magis pro hac re non oportet timere calidam aquam amplius miniſtrare: quia inflammata loca ſublata acredine multum iuuat. Qd̄ ſi de plectoria al's plectura facta fuerit inflāmatio in renib⁹ aut in veſica: diuretica ex toto nō adiuuant. adducunt enim ad ſe vel ſecum alios humores ſpiſſos: ⁊ ea que ſunt oroidis[x]: non inuenientes exitus propter manentem tumorem in renibus reſidentem ⁊ locis patientibus augmentant humorem. Extrinſecus aūt oportet adhiberi ſi de cholerico humore flegmon generatur que infrigidare poſſunt: ⁊ maxime in initio ⁊ adhuc ardente flegmone. multa eniʒ ſunt que ad hec facere poſſunt. Sed nihil ſic preſtare poteſt q̄ cerotuʒ cum oleo roſato factum quod. ℞. modicum aceti aut ſuccum poligonie aut andranis[y]. In augmento autem paſſionis aliquid diaforeticum eſt eis admiſcendum: quale eſt oleum camomille: aut adipes recentes porcine: aut diachilon medicaminis modicum. Declinatione aūt facta amplius diaforetica ſunt admiſcēda. ꝙ ſi ex ipſis humoribus inflāmatio fuerit orta. extrinſecus oportet his ſubuenire adiutorijs que ſine mordicatione ſubtiliare poſſunt humores: quale eſt oleum camomillinuʒ: ⁊ cataplaſma de ordei farina ⁊ lini ſemine coctum in apoçimate herbe camomille ⁊ melliloti ⁊ abſinthij ⁊ euiſci[z] radicum ⁊ modico ſape[⁊]. Qd̄ ſi multus ſit calor prohibenda eſt ſapa ⁊ ea que mitigāt ſunt adhibenda. Nāqʒ ea que multuʒ ſunt calida prohibēda ſunt ne pus faciant in ea que in inflammatione continetur materia. ſic nec eis que infrigidant vti oportet q̄plurime: aut frequēter ne ſcyron[ꝯ] in renibus faciāt. Omnia eniʒ nimia fugere oportet: maxime eos qui in renibus habent flegmones. Balneum autem prius q̄ euacuetur plenitudo non oportet feſtinare: poſtea aūt his ꝓuiſis ⁊ balnea ⁊ encatiſmata[ꝫ] ſecuri⁹ miniſtrant̄.

r .ſ. vt plenitudo tollatur. — s .i. endiuie. Ja. — t Catarticum. — u .i. inflāmatio. ſ. — x .i. aquoſi ſeu ſeroſi humoris ab oros qd̄ eſt ſer. — y .i. portulace. Jañ. — z .i. biſmalue. — ⁊ .i. vini cocti vſ nec redeat ad tertiaʒ ꝑtem. — ꝯ .i. apa durum. — ꝫ .i. inſeſſiones. Jañ.

¶ Curatio īflāmatiōis ī pus ꝯuerſe. Ca. CLXXXVI.

INflāmatio in renibus ſi pus incipiat facere his ſignis cognoſces. In pͥmis quidē abſq; aliq̄ occaſione quidā fit rigor irrationabilis ⁊ inordinata febris: ⁊ in loco vbi gn̄at̃ pus dolores fiūt: ⁊ febres maiores ꝯtingēt quā fuerāt. Poſtea aūt cum ſe verterit eger. ſ. in eā que ſana eſt partē:

a Parte.

de illa[a] que patit̃ grauitatē multā in illa parte que patitur ſentire ſe dicit quā ante habuiſſe ſe nō eſt expertus: ⁊ huic opꝫ exiſtimare q: apa eſt ibidē gn̄atuꝫ. Ceterū aūt ſi pus ex aliqua pte appareat: nō aliūde exiſtimandum eſt eſſe niſi de renibꝰ: ⁊ magis ſi dolor ⁊ grauitas ibidē ſentiat̃: manifeſta cognitio eſt. Et ſic tibi oīa hec ſigna manifeſtius ſunt declarāda per que poſſis cognoſcere: de qͥbus locis pus fluat: ſeu de renibꝰ ſeu de veſica aut de euritide poro: aut ex pulmone aut ex alio aliquo mēbro. Qn̄ enim pus per vrinā excernit̃ ſi de ſuperioribꝰ locis fluxerit pus oīno cū vrina inuenit̃ mixtum. ſi aūt de inferioribꝰ fluat locis ſubſidēs in fundo

b .ſ. vaſis vel vrinalis.

apparet calicis[b] magis q̄ȝ in medys ferat̃ locis. Qd̄ ſi in medio mixtura puris iuenit̃ ⁊ nō eſt certa pmixtio attendendū eſt in ipſa mixtura que infert̃ per vrinas: oīno enim manifeſtant̃ tibi que patiunt̃ loca. Nam ſi

c Petala ſūt cortices tritici groſſi inde contenta in vrina ſimilia illis dicunt̃ petaloydes.

petaloydes[c] fuerit veſice[d] inueniunt̃ eſſe loca. ſi autē carnoſa de renibꝰ eſſe ſignificat. Ceterū aūt ⁊ pprietates doloris ⁊ que pceſſerunt ⁊ que concurrerunt ⁊ que patiuntur loca oſtendunt manifeſtam cauſam.

d Mixtura .ſ.

¶ De his qui pus p vrinā faciūt. Cap. CLXXXVII.

CUrari igit̃ opꝫ eos qui pus p vrinā faciunt ex his que ſine mordicatione ſunt ⁊ pus expellere ⁊ vlcera curare poſſunt. Qualia ſunt mulſa: ⁊ ſuccus fenugreci: cum modico melle: ⁊

e Uinum eſt aureum. Iañ.
f Diaphiſalidos dicit̃ q eſt kekēgi. Iañ.
g .i. cauda equina. Iañ.

adiā thus ⁊ ſemen cucumeris domeſtici cū criſatico[e]: ⁊ diaphiſalidos[f] trociſcus: ⁊ lac aſine potatū: ⁊ maxime eos qui in veſica habent vlcus: ⁊ armenicus bolus potatus: ⁊ herba yporis[g]: ⁊ gramē potatū. Adhuc magis ſi in euritico poro fuerit vlcus per collyria: ⁊ trociſcos ſine mordicatione deſiccatiuos magis q̄ȝ extenuantes curāda ſunt vlcera: attēdere ergo opꝫ oīno ciborꝫ qualitates. Multi enim medicamētis tm̄ vtētes ⁊ ciborū qualitates cōtemnētes nō potuerūt ad ſanitatē perducere. Utiliter etiaꝫ dant̃ ſucci ptiſane de auena facti ⁊

h .ſ. vino aureo. Iañ.
i .i. vino cocto.
k A loco.
l Uinum coctū.
m Gña potuuꝫ: ſeu vinorꝫ ſunt.

ſolum cū criſatico[h] aut vino mulſo: aut cum ſapa[i] cretica[k]. Si aūt nō habēt ſuauitatē ſapā[l] qm̄ bibāt egroti accipiāt vinū aut ydromelon: aut guidion[m] aut cruptinum: aut tirion bibant: aut aliqd modice. Multum enim ſi accipiāt reumatiçāt viſcera ⁊ inflāmatio maior fit. Bene etiā eſt ſi vue comedant̃ ⁊ amigdale ⁊ nu

n Uino cocto.

clei pinei cū ſapa[n] ſi lapides nō habēt cōſuetudinē generari in renibꝰ. Et oua gallinacea mollia ⁊ tepida accepta multū iuuāt. Ego enim ſcio quendā qui qūo naſcebant̃ oua mox ſorbebat. ea ſic cruda ⁊ multuꝫ ſe iuuari dicebat. Nā ⁊ mordicationes ⁊ dolores qui in ve

o Eſt piſcis que cū naui adheret ipſam imobilē reddit. Plinius
p .i. vino coloris aurei. Iañ.
q .i. locuſta piſcis
r .i. endiuia. Ia.
s .i. caulis.
t .i. ſummitates quaſi come.

ſica erant mox ibi mitigari dicebat. Echinus[o] lauatus ⁊ acceptus aut per ſeipſuꝫ aut cū criſatico[p] aut hydromelle dulci ⁊ pectines etiā lauati ⁊ aſtacus[q] bis coctus ⁊ ex altera in alterā aquā cuꝫ fuerit purgatus ⁊ coctus multum iuuat. ¶ De cibo. Intiba[r] quoqꝫ ⁊ braſica[s] tertio cocta ⁊ cum vino accepta. Et ſi non pus qd̄ fert̃ acrius ſit ⁊ mordicans eſſe videat̃ lupini ſine ſale vtiliſſimi ſunt. Et cime[t] de fenugreco accepte. Et cime de fabis ſimiliter ſi manducent̃ preſtant. Caſtanee autēꝫ elixe aut aſſate multum iuuant ⁊ pprie quando tenue ⁊ cholericum fuerit pus qd̄ fertur. Qd̄ autem pingue ⁊ cōſtrictū fuerit pus ita vt vix decurrat cibi cacochimi ſunt phibendi ne pus coaguleſ intus. ¶ Ad dolorem veſice ⁊ renū lini ſemis puluis. ʒ. ij. amili. ʒ. j. dabis in aqua coclearīū vnum ad bibendum. Trociſci ad renū ⁊ veſice vlcera ⁊ antidotū ad vlcera ⁊ vulnera ⁊ dolores in ipſis locis conſiſtentes qd̄ mox ſubuenit. Rx. piperis albi. ʒ. xx. iuſquiami. ʒ. xx. croci. ʒ. iij. opy. ʒ. x. euforby pyretri. añ. ʒ. j. Hec quidē cōfectio Philony antidoti eſt. Cui addant̃ in ꝯfectione cucumeris domeſtici: ſe. apy: ſe. amigdalarꝫ amara. feniculi: ſeminis. añ. ʒ. vj. comi[u] ſeminis lappacy ſemis amigdalarū amararum feniculi ſeminis. añ. ʒ. iij. mellis qd̄ ſufficit: dabis autem ſicut Philoniy antidotum.

u .i. cicute.

¶ De trociſcis ⁊ antidotis ad renum ⁊ veſice vlcera. Caplm̄. CLXXXVIII.

DIaphiſalidos trociſcus qui facit ad nefreticos ⁊ ad vlcera in renibus ⁊ veſica cucumeris domeſtici ſeminis. ʒ. xij. feniculi ſeminis. ʒ. vj. croci. ʒ. vj. lappacy ſeminis nucleorum pini prefrigereorꝫ[x] opy iuſquiami albi ſeminis amigdalaruꝫ amararum. añ. ʒ. iij. phiſalidon[y] quam latini veſicaginem vocant grana nūo. xxv. comi. i. cicute ſeminis. ʒ. iij. cum ſapa[z]. Qui autem febriunt cum aqua tepida. Facit ergo is trociſcus ad renum ⁊ veſice paſſiones quibus pus cuꝫ vrina redditur: aut ſanguis: aut muſti ſimile: aut ſablones cum vrina iactant cuꝫ multo calore. Qui autē in veſica: aut in vritide vulnus: aut vlcera habent inities per vrinam. i. virgam cum lacte aſinino: aut muliebri aut cum ſapa.

x .i. aſſatorum.
y .i. alkekengi. Iañ.
z .i. vino cocto.

¶ Signa acredinis in vrinis de ſtranguria. Caplm̄. CLXXXIX.

QUod ſi acredo[&] quedaꝫ fuerit in vrinis ⁊ tota habitudo corporis acra[ꝯ] ⁊ cholerica fuerit diligēter eſt cōtemplandum ⁊ omnino requirenduꝫ de acredine que facit mordicādo ſtranguriam. Si autem nihil patiat̃ tale: ſed hoc fit ecōtrario: ⁊ vrina magis alba eſſe videt̃. Et is qui patit̃ cibis ⁊ balneis vſus eſt frigidis exiſtimādū eſt magis ex frigida diſtemperantia vrine eſſe ſtranguriaꝫ ⁊ illam priorem ſi fiat ex calida eſſe diſtemperātia. Iſte enim ſunt cauſe ſtrangurie.

& .i. acumen.
ꝯ .i. acuta.

¶ Curatio calide diſtemperantie. Cap. CXC.

SI calida ſit diſtēperātia curatio cōueniēs eſt adhibenda ſm̄ qualitatē cāe. Si aūt acredo fuerit que humectēt ⁊ tēperēt ſunt adhibēda: ⁊ nihil calidū aut ſalſuꝫ pſumēdum eſt. Iuuāt g̊ eos ptiſane ⁊ per ſeipſas ⁊ modico admixto hydromellis aut criſatici[ꝫ] interdū ⁊ cū acredo geuerit: mulſa cuꝫ lacte[aa]: corrūpit̃ enim ſi multa ſiccitate teneat̃ ⁊ acredinis qualitate: ſed ⁊ frequenter lauacra ⁊ calida aq̄ ante cibos accepta iuuant. Sed ⁊ cucumeres interiores ⁊ melones ⁊ cime[bb] fenugreci ⁊ dulces vue ⁊ vinū dulce quale eſt bitinū[cc]. Et vt ſimplr̃ dicā quecūqꝫ mitigare poſſunt ⁊ tēperare acredinē erunt offerenda.

ꝫ .i. vini aurei coloris.
aa Corrumpitur .ſ. lac.
bb .i. ſummitates quaſi come.
cc A loco.

¶ Curatio fride diſtēperātie de ſtrāgurie. Ca. CXCI.

SI autem de frigida diſtemperātia fuerit ſtrāgurie paſſio generata neceſſe eſt ea que calefacere pñt vt ⁊ in cibis ⁊ in medicaminibꝰ offerant̃. Hic ergo vinū natura calidius ⁊ vinū aniſatuꝫ ⁊ abſinthiatū potatum iuuat. Ei oleribus Xo apiuꝫ in cibo ſumptum ⁊ daucus ⁊ porrus bis coctus vel omnia que calefaciūt. Extrinſecus aūt que adhibēda ſunt vnguēta de oleo anhetino ⁊ glaucino[a] aut de marciaton[b] ⁊ que naturaliter ſunt calida. Interdū etiā ⁊ apoçima de alleo ⁊ arthemiſia potatū iuuat ſtranguriā ⁊ diſſuriam vbi non eſt multum aeris inflāmatio.



a Ex glaucino qd̄ eſt menithe: dicit tn̄ Iañ. inueniſſe ſe receptaꝫ olei glaucini in quam nō intrat glaucinum.
b Unguentū eſt.

¶ De diſſuria. Caplm̄. CXCII.

DIſſuria enim ⁊ cum dolore ⁊ ſine dolore eſt. Si enim vix aut nullo modo mingit̃ ⁊ cuꝫ dolore eſt: ſciri opꝫ eſſe in veſica paſſionem: ⁊ ſi cum mordicatione nimia ⁊ cū punctione fiat ſine grauedine vlcus eſſe in veſica exiſtimandum eſt. Si aūt grauitas ſentiatur aliquaꝫ magis eſſe exiſtimari oportet inflāmationē euꝫ habere aut apoſtema. Si aūt ſine grauitate tenſura ſola ſentiat̃ in veſica ventoſitatē ſpiritus multā eſſe ſcias vnde vrina conſtricta eſt. Si aūt nullatenus ſentiatur in veſica dolor aut tumor aut tēſura eſſe: cognoſcas in renibꝰ aut in viritide eſſe anfraxim aut flegmonem aut lapidem. Cognoſci igit̃ omnia (vt dictū eſt) oportet ⁊ ſic ad ſingula adiutoria ſunt omnia adminiſtranda.

¶ Curatio diſſurie. Caplm̄. CXCIII.

QUod ſi in renibus inflāmatio aut apoſtema fuerit generatum ſuperius curationes ſcripte ſunt. Nūc ad diſſuriaꝫ ſcribemus adiutoria ordinem pſequentes q ſi ſpiſſus ⁊ viſcoſus humor anfraxis facta vrine fuerit accipiant oxymel: aut mulſam: aut apoçima de ranipin radicibꝰ: ⁊ huſci: ⁊ origani coctionē. Et adhuc magis mirabilius ⁊ maiores anfraxes: ita vt vrinā nimiū cōſtrictaꝫ prouocent: ⁊ extenuando adaperiant poros. Apoçima de corticibꝰ titimalli factum: vbi aūt flegmon eſt hec phibenda ſunt: ⁊ ea que ſine mordicatione ſunt ⁊ digerūt ſunt adhibēda: ex quibus eſt aqua mulſa. Et que digerunt flegmones extrinſecus ſunt apponenda: q ſi lapides ſunt fortiores in renibus ⁊ ex ipſis fit vrine conſtrictio benefacit peonia herba cū vino potata ⁊ melle: dandi aūt ſunt de ipſa herba. ij. aut. iij. ℈. Radices autē quinquefoly cocte in aqua earum ſola apoçima facit ad hoc: ⁊ eriſimus[c] ⁊ herpilli ſuccus: ⁊ de hirco ſanguis: ⁊ de cicadis potio. Hec oīa in veſica per partes credimꝰ minutare petras ⁊ cōpoſitū ex his cōmemorauimꝰ adiutorium.

c .i. hedera.

¶ Curatio ſi in veſica lapides fiāt. Cap. CXCIIII.

SEcundum ipſuꝫ moduꝫ ⁊ in veſica generantur lapides quēadmoduꝫ ⁊ in renibus. Naꝫ in veſica lapides pueris magis generantur q̄ȝ viris: ⁊ neqꝫ ſub eo[d] calore: ſꝫ magis ⁊ pinguibus humoribus expeditiores ſunt ad generandū lapides: ⁊ vt cōſpiſſentur[e] parati ſunt ab innato calore. Ad hoc eniꝫ pinguioribus humoribꝰ oportet magis inſiſtere per ea que extenuant: vt nō multū mā pinguior cōgreget̃ que generet ⁊ cōgreget lapides in veſica. Merito ergo que diaſaga[f] ſunt remouētur. Et poſt cibum nulla ſit exagitatio.

d Ex parte caloris eorum.
e Illi humores.
f .i. viſcoſa.

¶ Signa lithiaſeos. Caplm̄. CXCV.

COgnoſcit̃ aūt cum lapides in veſica gn̄antur in vrinis. Nam maxime indigeſta eſt vrina ⁊ alba in colore. Et ſubſidentia hꝫ ſabulanoſa[g]. Et ſcalpere ſibi virgaꝫ delectatur ⁊ extendit eam violenter ⁊ ſepius. Et ad vrinam faciēdam frequenter ſe veget.

g .i. arenoſa.

¶ Curatio. Caplm̄. CXCVI.

DIcta ſunt enim in ante ſatis fortiora medicamēta ad īfrangēdos lapides qui in veſica generant̃. Dicendum eſt iterum ⁊ nunc que multū ſunt operatiua medicamēta ⁊ ab antiquis exqſita ⁊ a nobilibus medicis pbata: yrcinus ſanguis calidus mox infuſus ⁊ illitus magnifice facit. Meliꝰ aūt fiet ſi deſuper ipſam veſicam fuſus illiniat̃. Et adhuc multo melius eſt ſi in calido aere balnei hoc ipſum facias ⁊ ſic illinias. Facies autem hoc non ſemel ſed ſepius ex interuallo.

¶ Si veſica ſcabioſa ſit. Caplm̄. CXCVII.

COgnoſces igit̃ veſicā ſcabioſam eē qd̄ greci protiriaſim vocant quādo in vrinis furfuribus ſimilia apparent mēbra[h]: diſcernes autēꝫ ea que de venis ferunt̃ hoc modo. Qd̄ ſi vrina tenuis ꝯſtituta ⁊ acra[i] magis eſt ſcias de venis eē que ſil'ia furfuribꝰ apparent in vrinis. Si aūt vrina pinguis[k] fuerit veſicam cognoſce ſcabioſaꝫ.

h .i. fruſta.
i .i. acuta.
k .i. groſſa.

¶ Curatio eiuſdem. Caplm̄. CXCVIII.

CUrari autem oportet medicaminibꝰ illis que ſine mordicatione purgēt ⁊ nouiſſime deſiccent ⁊ cicatricē inducant vulneribus. eſt eniꝫ paſſio hec pene inſanabilis. Quomodo ergo oportet curari nō eſt ignorandū. Et diuretica aūt medicamenta maxime ſunt adhibenda. Lac quippe aſine ſatis frequenter dandum eſt: ⁊ multum ſi eo vtantur iuuari poſſunt. Si autem nō affuerit lac aſine caprinum lac dādum eſt in potu ⁊ cum cibo: aut cū pane: aut cum ſimila cocta: aut cuꝫ ytricia[l]: aut cū alica[m] aut cū triticea farina cocta aut citro[n]. Iuuāt autē eos ⁊ oua apala: ⁊ melones ⁊ cucumeres ⁊ nuclei pini recētes: ⁊ vue: ⁊ ſemen cucumeris potatū: ⁊ quecūqꝫ ex his cōficiunt̃ mixta hñtia: aut nucleos pineos: aut opium cōtra nimium dolorē. Nō aūt opꝫ qd̄ opiū recipit ſatis frequēter dari niſi ſm̄ virtutē egri. Eſt aūt ꝯfectio medicaminis qd̄ facit ad orodes[o] paſſiōes ⁊ diſſurias inflāmationes renū ⁊ veſice ſanat: ſed ⁊ vlcera veſice cū flegmone facta ſanat. Rx. aūt nucleorꝫ pini gra. xx. cucumeris domeſtici: ſeminis grana nūo. xl. amili. ʒ. j. ſpicenardi. ʒ. j. apy ſeminis. ʒ. v. in aqua. ſſ[p]. j. coques ad tertias: cum ipſo apoçimate teres que ſcripta ſunt ⁊ dabis ad bibendum cyatos[q] duos.

l Sunt ſicut fila de paſta azima facta.
m Eſt genus frumenti: quidam ſpeltam putant.
n Alis cicere.
o .i. ſeroſas ſeu aquoſas.
p Eſt figura ſextarij: ⁊ eſt ſextarius pōdus lib. ij. ⁊. ʒ.
q Cyatus eſt pondus vnc. j. ⁊. ʒ.

¶ Signa diabetis. Caplm̄. CXCIX.

DIabetes renum eſt paſſio qñ plus q̄ȝ debetur vrine effundit̃. Hec eni ſimili fit cauſa quēadmodū liētericis ꝯtingit. Et in liētericos accepti cibi ptrāſeūt vt nec modice retineant̃ in vētre vt digerant̃ ⁊ nutriāt corpꝰ. Propter qd̄ multi nō diabetē ſolū vocāt hāc paſſioneꝫ: ſꝫ vrine diarriā. i. decurſuꝫ: ppterea q: cū biberit mox decurrit ſicut potatū fuit p veſicā ⁊ vētrē. Et ppterea corpꝰ qd̄ patit̃ potu q accipit̃ nō effundit̃[r]. Ideoqꝫ ⁊ nimia ſiti vexant̃ patiētes. Unde multi dipſacon[s] ipſaꝫ paſſionem vocant. Hec eſt diuerſitas in ipſis nominibꝰ. Fit igitur hec paſſio aut ex imbecillitate renū cateltica[t] ⁊ celtice[u] fortitudine permanente aut aliquo nimio calore ob hoc qd̄ trahūt ad ſe renes ⁊ ꝯtinere nō poſſunt: ſed mox effuſe vene ſanguine nō replent̃: nec corpꝰ recipit nutrimentum. Propter qd̄ ad hoc inſiſtere opꝫ vt temperetur ⁊ curatio ita proſequatur.

r .i. humectatur.
s Dipſacon grece quod eſt ſerpens ſitibūdus latine vel ſitim iducēs ſuo morſu.
t .i. retentiua.
u .i. expulſiue.

Curatio diabetis. Caplm. CC.

Afrigidanda ergo ſunt loca ⁊ téperandū eſt totum corpus ⁊ humectandū:q2 ſiccū eſt corpus pter multā effuſionē vrine. Opʒ g[a] ⁊ potiones amplius his miniſtrari a conſuetudine vt nullo modo ſitiāt. Et cibi amplius dādi ſunt g tardi[b] digerunf. Nā tenuioribᶜ cibis epar calidus ⁊ acrius effectū ⁊ véter ſiccior effect[d] attrahit ⁊ cōſumit mēbroꝝ[e] humectationē de vētre. Opʒ ergo dari eis ⁊ amplius ⁊ neceſſe eſt cibos pinguiores qualē eſt alica[a] vtiliſſima eſt data:aut cū roſato[b]:aut criſatico:aut rodomelle[b] ⁊ modico ſerapino[c]:aut tyrio[d]:aut cinidio[e]: aut hydromelle. Olera aūt damus intiba[h] ⁊ troxiua[i]: aut lactucas:aut carnes ſteriles[k] ⁊ pedes porinos ⁊ rie bouinos ⁊ gruma[l] ⁊ pſicia[m]. Piſces vo ſcropbos: aut ex alys ghuſdā carnes duriores hñtib[9] ⁊ melones pzeter ſemina. Et mala[n] que valde ſunt dulcia. Fugiēda ſunt aūt ſalſamēta omnia ⁊ acra[o]. Sed neqʒ in his mittēda ſunt:aut aniſus:aut cyminum:aut ex quibuſlibet ſeminibus ſunt admiſcenda vel ea que vrinaʒ mouent. Fugienda ſunt ⁊ echinus[p]:aut amigdale:aut piſtacia[q] vel ficus ⁊ dactyli ne aſſumātur. Caſtanee aūt ſi accipiantur nihil nocent.

a Genus frumēti eſt:quidas putāt qḋ ſit ſpelta. b .i.vino mixto roſe. c Uino aurei coloris. d .i.roſato melle. e Uino a loco. f A loco. g A loco. h .i.endiuiā. Ja. i .i.endiuiā agreſtem. k .i.inteſtina. l .i.ora porcoꝝ. m Piſcia eſt:hūt coquunt piſces vl carnes:ꝑ poſita ponūt ſacc to vel vino ⁊ ſuperaſpgūt puluis odoriferaꝝ ſpecierum. n .i.poma. o .i.acuta. p Piſcis eſt nauem retinēs:qdā eruci putāt. q .i.ſiſtici. r .i.retentiua.

Signa gonorree. Caplm. CCI.

Effuſio ſeminis ſit qñ ex plenitudine grauatur catelica[r] virtus:ideſt que continet conſiſtens in ſeminarys vaſis cuʒ non poterit continere ſemen. Eſt autem qñ ex acredine aut tenuitate ſeminis non cōtinetur. Interrogari ergo opʒ ⁊ de colore ipſius ſeminis vtrū ſpiſſus aut tenue eſt qḋ egredit ⁊ que precedēt cauſe. Uel qualis ante fuit vita:aut qlibus cibis vſus eſt:aut ſi plus a conſuetudine veneris vſus eſt actib[9]. Nā ſi plenitudo eſt neceſſe eſt vt effundaf. Si aūt nihil fuerit ⁊ cholēcus[t] acrū magis eē videaf ſemen qḋ fluit cognoſce magis irritationem generandi[s] fore ſubtilitatem:q3plurime imbecillitas ſequitur catelice[t] virtutis.

s .i.emittendi ſemen. t .i.retentiue.

Curatio gonorree. Caplm. CCII.

Uod ſi ex plenitudine fiat ſanguis lapſus ſollicitī eē omnino debemus ⁊ remouere nimietatē ciboꝝ ⁊ maxime eorum qui generant amplius ſemen ⁊ vētoſitatē mouēt. Que multa ſunt talia ⁊ in cibis ⁊ in medicamētis. In cibis autē ſunt nuclei pinei faba ⁊ ciceru[v] omne[v] ⁊ bulbi[x] ⁊ eruce ⁊ rape:⁊ maxime ſemen eaꝝ potatū queadmodum ⁊ dauci ſemē ⁊ mēthe. In medicamīnis aūt ſunt que ſemen gñant ⁊ libidinē excitāt. Qualia ſunt acalaphis[y] ſemen potatū ⁊ cum vino ⁊ melle coctū orcenus[z] ideſt teſticulus:aut radix quam aliqui canis teſticulum vocant. Et miror[aa] radix potata libidinē mouet:aut ſatyrion:aut terminis[aa]:aut ſemen coea ⁊ ea que circa renes ſunt que velut incitamenta virge hibuntur. Nam hec omnia:his ſimilia fugere oportet eos qui hec patiuntur:aut in cibis miniſtrata:aut in medicaminibus accepta. Edenda aūt ſunt ea que cōtraria ſunt paſſioni que non ſatis gñant ſemen ſed magis extingunt. Qualia agni ſperma[aa] frixum ⁊ non frixum ⁊ folia ipſius. Et flores in lecto ſtrati hoc modo faciunt. Lactuce aūt ſemen cū aqua potatū reprimit gonorreā: vnde his q ſeminis fluxum patiunt potui daf. Similr aūt ⁊ canapis ſylvatice ſemen deſſecat ſemen ſi ſubinde potetur. Deſiccat etiā ſemen orcheus[bb] quē canis teſticulū vocant. Similr ⁊ plūbi lamina lumbis impoſita qui fluxum ſeminis patiunf multū iuuat. Nymphee[cc] quoqʒ radix ⁊ ſe.i vino nigro ⁊ auſtero potata onirogonos[dd] ideſt quibus in ſomnis contingit frequēter iuuat. Sed ⁊ illos qui multum ſeminis fluxuʒ patiuntur ſimiliter iuuat. Periclimenon[ee].i.matris ſylua ⁊ folia ⁊ ſementis[ff] ſiccant ſemen:⁊ aliqui dicunt qḋ ſi frequēter bibatur ſine ſemine fient[gg].

v .i.cepe. x .i.radice. y Eſt ſpecies ſatrionis. z Uitro grece plāta cui radix libidinē incitat Jañ. allegans Alexādrum in hoc paſſu extūo qḋ ſit ſpecies ſatirionis. Puto qḋ eſt tribulus marin[9]. Puto qḋ ſit ſtincus. Caſti.ſ. aa .i.ſemen. bb Eſt ſpecies ſatirionis. cc .i.nenupharis Jañ. dd Onirogonos grece fluxus ſeminis i ſomnis Jañ. ee .i.matris ſylua vl capriſoliū. ff .i.ſemen. gg Que bibunt eam.

De priapiſmo. Caplm. CCIII.

Similiter aūt ⁊ qui priapiſmū hñt opʒ facere ⁊ abſtinere a rebus calidis ⁊ eis vti que ſoluere poſſunt ventoſitate materie ⁊ aperiūt arterias que ſunt in virilis[hh] ⁊ non ſoluʒ[ii] que calefaciūt ⁊ inflant:ſed ⁊ eos[kk] qui ſpiſſos nutriūt humores ⁊ fementes[ll] ⁊ omnino non opʒ dari patiētibus[mm]. Cerota igit ſunt imponenda que fiunt ex oleo roſaceo ⁊ aqua coptoria[nn] ⁊ modico aceti. Que autem multū infrigidāt phibēda ſunt ⁊ maxime que ſtiptica ſunt ⁊ narcotica. Bibāt aūt oia que gñare nō pñt ſemē ⁊ maxime nymphee[oo] herbe ſemina ⁊ radices potenf.

hh .i.vaſis ſpermaticis. ii Opʒ vitare. kk Cibos vitare oportet. ll .i.ſpermata. mm Talea cibos. nn .i.inceſſiua. oo .i.nenuphar.

Colica paſſio que fit ex frido ⁊ flegmatico humore. Caplm. CCIIII.

Eſſima aūt paſſio eſt ⁊ cū dolore nimio colus ⁊ difficilis ad cognoſcēdū. Merito enim accidunt ei dolores nimu pter pinguedines ⁊ neruoſitatem ipſius inteſtini qḋ vocaf colus. Et non modicus ibidē cōcurſus eſt humorum qui per partes largando[pp] euagant queadmodū in tenuibus inteſtinis. Difficilis aūt eſt ad cognoſcendū pter vicina loca quibus tales accidūt dolores quales in inteſtino colo. Ut gʒ nō errare gs poſſit ⁊ vt nimie obſcuritates[qq] patiaf in curatione neceſſe eſt pūidere ⁊ cognoſcē qualr colus efficiaf:⁊ qlia ſunt ſigna que iter loca vicina ⁊ colon diſcernāt. Unūquodqʒ eoꝝ ſm ſuas ppetates opʒ cognoſcē. Nō.n.in teſtino colo vna ꝯſiſtit paſſio ſʒ multe ⁊ varie in eo gñant paſſiões. Fit aūt ex frigida flaticis ſuba. Fit etiā de calo ⁊ cholico humore ⁊ deſup[rr] quoqʒ accūtib[9] efficif:etiā de flegmone ibidē dolor fit. Interdum ⁊ de nimio deſſicato ſtercore facta duritia vētris vehemēs fit dolor. Sed ⁊ vētoſitas nimia ⁊ ſpiſſa pſiſtēs dolorē excitat vehemēter:fit et per alia multa. Nā ſolo flate poſito in teſtino ſūitas ſentitur eē. Et ſine febrib[9] ſunt tūc ſtercus ei ſicut excuere[ss] volēti ſilr vi eēmō ti ſicut ſolet ſʒ queadmodū quaſi expletoſitate ſūatus. Et multi eoꝝ flegmatici que greci vlodē. Similē vitro flatis ſeceſſus faciūt. Talis eniʒ in eis eſt cognitio. Ceteꝝ aūt ⁊ que pcedūt manifeſte ex ipſis reb[9] declaraf paſſio. Maxime eniʒ pcedunt frigidi cibi ⁊ fridus pot[9] frequēter acceptus. Et balnei vſus nō tpe cōpetēti adhibit[9] ⁊ maxime poſt cibū. Et ocioſa vita cū abūdātia ⁊ repletione ciboꝝ. Nec eſt gʒ cognitio de frigida diſtēperātia ⁊ flate colū[tt] patiētibus. Nūc aūt de dieta ⁊ cura eoꝝ dicendū eſt.

pp .i.extēdēdo. qq .i.dubitāter difficultatem. rr .i.ab influētia celeſti vel a cauſa extrinſeca vl ab humoribus de capite reumatizantibus. ss .i.egerere.

De dieta. Caplm. CCV.

Oportet igit eos talib[9] vti cibis pane ſiligineo bene cocto. Et de apoçimate vbi aut anhetū:aut aniſum: aut cyminū eſt ſīgedus[vv]. Et cū modico vino accipiat tenue[xx]. Nā g[yy] dulces ſūt ⁊ ſtiptici onino nocēt. Scio eniʒ qḋ ſi in pdito plus hñte pipis iubeas dare panē infuſuʒ maxie iuuabis. De oleribus. Olera aūt miniſtrāda ſunt apiuʒ porri cocti: maxime capita eoꝝ. Sup hec autē caulis ⁊ elioſpera

tt .i.colicam. vv Dictus panis. xx Panem. yy Libi.ſ.



gi[a] ⁊ alleū amplius accipiaf:q2 ex eo[b] plurimos fuiſſe ſanatos vidicimus ⁊ nō eſt eius experimētū paruū. Et pter hoc ſentiētes dolores quidam circa ventreʒ aut colon[c] veniētem nō interrogant medicos mox alleuʒ comedunt ⁊ maxime ruſtici ⁊ mox a dolore cū acceſſerit liberanf. De volatilibus. De volatilibus autem comedant pipiones colūbas perdices gallinas domeſticas. Et vt ſimpliciter dicam que non ſunt ſuperflua ⁊ pinguia[d] his vtantur. Et cum iure condiantur ex aniſo modico ⁊ porris aut apio ibidem coctis aut pipere. De piſcibus. Piſces vo aſpratiles accipiant conditos ⁊ melius iuuabunf. De carnibus. Carnes vo ſi poſſibile eſt donec ſanenf phiberi opʒ. Silr autem ⁊ legumina preter ptiſanas. Et ipſe dum coquunf apy radices. Aut come porrorum aut pulegium aut origanum aut aniſus aut piper aut amigdale ſimul coquantur:ſic enim cocte ptiſane frigorem amittūt ⁊ ſine inflatione ſunt ⁊ phibēdi vel extenuandi maiorē habēt virtutem ſuperfluitatē humoris ſeu frigoreʒ. De tragimatibus[e]. Tragimata aūt expediunt eis aut amigdalas edant ⁊ maxime ſuccum earum accipiant cum admixtione mellis modici ⁊ pipere:ſic eniʒ pingues ⁊ ſuperflui humores ⁊ viſcoſi extenuari pñt. De vino. Uinum aūt ſit album euanadotū[f] non ſtipticū. Maxime aūt dandum[g] eſt his quibus ex vētoſitatis abundantia dolores nimy eſſe ſuſpicantur. Quibus ⁊ ſi purum detur vinum melius iuuabis. De propomis. Propoma[h] aūt optima ſunt conditū aniſatuʒ[i] ⁊ apiatum[k] ⁊ leuiſticatū[l] ⁊ abſinthiatum[m] ⁊ citriatū[n] ⁊ maſticatum[o]. Omnia enim hec eos qui de frigidis humoribus dolores patiuntur ſanare poſſunt.

a .i.ſummitates ſpagi que comedunf. Jañ. b .i.alleo. c .i.colicam. d .i.ſaginata. e Sunt fruct[9] q capiuntur in ſecūdis mēſis maxime clauſi i teſtis vt nucce. f .i. bñ nutribile ab eu qḋ eſt bñ ⁊ anadoſis qḋ eſt diſtributio cibi vl pot[9]. Ja. g Uinum tale. h .i.poculavl potiones. i .i.ex aniſo. k .i.ex apio. l .i.ex leuiſtico. m .i.abſinthio. n .i.ex citri cortice. o .i.ex maſtice.

De balneis. Caplm. CCVI.

Balnea vo de dulcibus aquis nō ſatis ad hec vtilia ſunt his qui frigidis ⁊ ſpiſſis humoribus dolores patiuntur. Mitiganf enim in talibus aquis:non tamen curanf. Didicimus eniʒ quia balnea de dulci aqua que fiunt infrigidandi ⁊ humectandi habent virtutem. Propter quod ⁊ aer calidior preparandus eſt:⁊ ſolium calidiſſimū. Et ea que patiunf loca vngenda ſunt calidiſſimis vnguentis:aut anhetino oleo:aut glaucino[p]:aut marciaton vnguento. Et ſuperaſpergendi ſunt pulueres de nitro. Aut ſynapi ⁊ fricāda mitius dolētia loca vel totum corpus. Et ſi delectenf permittenduʒ eis eſt vt in ignitis marmoribus ſe voluptent ⁊ calefaciant loca:iuuantur eniʒ hec faciendo ſimul ⁊ mitigantur dolores. Nam in aqs calidis naturaliter ſi lauerint melius ad hec curationē percipient ⁊ perfectius ſanabuntur:⁊ maxime ſi ſint ſulphuree ⁊ bituminee aut ſalſe. Et ſi eas bibant iuuabuntur:habent enim ⁊ proyciendi ⁊ purgandi virtutē. Si quid viſcoſum in ventre vel inteſtinis humoris reſederit ⁊ ſepius in vſu ſi fuerint recuperant infirmitatem ⁊ ſanant oino. Sufficiant hec de dieta dixiſſe. Et eſtimo ea ſufficere omnibus prudenter eis vtentibus.

p A glaucio qḋ eſt memithe.

De fomentationibus. Caplm. CCVII.

Nunc dicenduʒ eſt que adiutoria extrinſecus ſunt adhibēda que adiuuādo mitigāt ⁊ perfecte ſanant hanc paſſioneʒ. Fomentationes in primis ſunt adhibēde ⁊ magis in frigidis cauſis. Utiliſſimū ergo ſunt de ſale ⁊ milio ⁊ panico ordeoqʒ facti ſacelli. In quibus autem non ſatis[q] euentare aūt deſiccare opus habemus vtiliſſimi ſunt ſaccelli de furfurib[9] facti. Oportet igitur vt in aq̃ in qua coquendi ſunt furfures aut ordeum ante ibideʒ decoquantur anhetū pleno pugno ⁊ herba camomilla ⁊ radices euiſci[r] ⁊ pulegium ⁊ lauri bacce aut folia ⁊ arthemiſia ⁊ ſanſucus[s] ⁊ his ſilia. Opʒ aūt ⁊ camomillinū oleū ⁊ anhetinum ⁊ cyprinum ſimul admiſceri in ipſa coctione ⁊ ex ipſis oleis ſub ſacellis loca vnge frequenter:iuuat autem eos ⁊ ſi de pentamiro vnguēto loca que dolent peruncta fuerint. Et adhuc etiā ſi ex eo[t] dolens vngatur locus qḋ vocatur pſteleus quo aliqui apud nos ruſtici vtuntur ⁊ magnifice iuuantur. Opʒ autem non ſolum ſubuentralem partē.ſ.⁊ lumbos vngi ſed ⁊ lanas infuſas in oleo in ano imponi qḋ ad hoc adhuc adhibitum mox iuuat ⁊ mox ſcio multos fuiſſe a dolore liberatos. In Alexandria autem ⁊ oleo raffanino vtuntur ⁊ magnifice iuuantur. Sciri autem oportet q2 ſi his adhibitis fomentationibus dolor nō fuerit ſolutus:nō eſt neceſſe diutius loca ipſa calefacere neqʒ fortiores fomētationes ſunt adhibende:deſiccanf eniʒ amplius humores ⁊ ſpiſſiores effecti ventoſitateʒ maiorem generāt ⁊ tenſure ⁊ dolores fortiores adhuc magis fiūt:q2 amplius calefactus plus inſpiſſatur humor ⁊ maxime de ſale ⁊ nitro ⁊ ſtipterea:⁊ alys multis.

q .i.nimis. r .i.biſmalue. s .i.maiorana. t Unguento.ſ.

De cataputys. Caplm. CCVIII.

Quod ſi dolores ex his calefactionib[9] ſoluti nō fuerint ſʒ magis fortiores fuerint facti:tūc expedit vt remoueātur fomētationes:⁊ p os accipiāt que extenuēt ⁊ purgēt viſcoſos ⁊ ſpiſſos:⁊ pingues hūores. Probata autem ſunt ad hec que ex euforbio conficiuntur. Multa ſunt quidem que ad hec fieri poſſunt:nō tamē ſimile eſt aliquid his que a nobis confecte ſunt frequēter ⁊ date cataputie. Quibus autem in yliodica paſſione ſcio me vſum fuiſſe ⁊ de periculo patiētes liberaſſe ℞.autem hec aloe euforby gnidy[v] coco purgati. añ. ℥.j.ſcamonee.℥.j.ego ergo his vſus ſuʒ ſepius:⁊ ſcio me ſemper ſubueniſſe:eſt autem acceptio[x] eius. ℈.y.aut amplius. Quidam autē addiderūt agaricū ⁊ ſic dederunt:habet aūt ipſa cōfectio hec. ℞.aloe diagredy.añ. ℥.iy.agarici.℥.iiy.gnidy[y] coco carnib[9] purgati.℈.viy. cū ſucco abſinthy colliges ⁊ dabis ſimiliter. His ergo vti opʒ[z] qui frigida[&] ſunt diſtēperantia aut nā[?].⁊ in quibus flegma multū cōgregatum in inteſtinis cōtinef:⁊ ex eo dolores aut cōſtrictiones ventris patiunf. Opʒ aūt nō in initio eos purgari ſed iaʒ extenuatis ⁊ diffuſis humorib[9] fomētis adhibitis ⁊ vnguentis ſupradictis:ita tñ vt flegmon in colo nō ſit nec in alys locis:⁊ ſic purgef ⁊ nullū timebis periculū. Facta igif humoris iam per vētrē digōne vtilr euacuatio fit:naʒ q pſumunt dare laxatiuū crudis adhuc humorib[9]:aut certe flegmone exiſte in inferiorib[9] vel in interioribus periculū ingerūt patiētibus.interdū aūt ⁊ mortis incidūt[&] naufragiuʒ:q2 locus in quo inflāmatio eſt:tumore manente:de loco qui patitur nō purgatur ſed magis indigeſtione maiori facta additur humor nā qḋ purgatur de ſano corpore trahitur non de flegmone.

v .i.cocognidū ⁊ eſt meçereon. Jañ. x Doſis. y .i.cocognidion ⁊ eſt meçereon. z Eos. & .i.a nāli cōplexione. ? Acquiſita.ſ. & Patientes.

De encatiſmatib[9] ad coli dolorē. Caplm. CCIX.

Poſt hec aūt encatiſmata[aa] ſūt vtiliſſima:⁊ ad h[bb] optimū adiutoriū eſt[cc] eteniʒ mitigat dolores ⁊ curat patiētia loca:⁊ maxime ſi ibidē coquanf ea que iflationē tollūt ſemina aut ipſe herbe:quales ſunt apiū:anhetū:aniſum:⁊ cyminū:⁊ euiſc[9] ⁊ lauri folia:⁊ rutha:⁊ ſanſucus:⁊ arthemiſia. Si enim ſic pparaf aqua mirabilr ſubuenit ad oia ſeu ad fomētādū ſeu ad reſiſtēdū in ſtupha aut in tina ex his fiat.

aa .i.inſeſſiones. Jañ. bb .i.colicam. cc Encatiſma.

Poſt has aūt fomētationes ꝛ embrocas vel vnguenta epithimata ſunt adhibenda. ex quibus eſt ꝛ diamellilotum ꝛ diaſpermaton ꝛ diaſanſum ꝛ magis adhuc poliarchion facit. Opz aūt hoc in calidiori diſtemperantia purum nō imponere ſed reſolutū: ꝛ miſceat̄ cuz ceroto de oleo roſato: aut camomille facto: ꝛ ſic adhibeatur. Sic enim compoſituz ſine acredine inuenitur ꝛ aptius temperatum ꝛ omnino vtilius fit.

## De iniectionibus. Capl'm. CCX.

Iniectiones enim ſi permaneant dolores: neceſſario ſunt adhibende. Mediocribus enim exiſtentibus doloribꝰ ſimpliciores ꝛ que leuiores ſunt adhibebis. Fortioribus aūt magis que mitigēt ꝛ extenuēt infixuz humorē coli. Simplices enim ſunt oleū per ſeipſuz calefactū cum aliq̄bus ſeminibꝰ que inflationez tollāt. ꝛ ſi cum eo adhibeat̄ adeps anſerinus melius faciet. Opz aūt iniectionē hoc modo cōficere: accipias oleū leptomere[a] coques in eo ſeminū que inflationē tollūt: qualia ſunt aniſus ꝛ apij ſemen ꝛ feniculū ꝛ ſemen eiꝰ ꝛ cyminū: ꝛ his ſimilia. Coques aūt in oleo ꝛ colabis cum lintheolo ꝛ reliquabis[b] ibi adipes anſerinos ꝛ nihil nocebis ſi addas ꝛ pullinos[c]. Et cū coques ſementis cū ruthe cimis[d] mouebis ꝛ ſic inities. Sic eniz opz cōficere enema[e] ſimplex. Vteris aūt hoc enemate ad mediocrem frigorē inteſtinoꝝ. Opz enim hoc frequēter fieri ꝛ nō ſoluz ſemel ſz ꝛ bis ꝛ tertio. Si aūt maneat dolor adhuc fortiora adhibēda ſunt adiutoria. Ex q̄bꝰ eſt qḋ dicit̄ diachilon ex herbis cōfectū. ℞. aūt hec fenugreci mellilotí anheti euiſci[f] radices ꝛ lini ſeis ꝛ ordei aīi ꝛ camomille ſicce ꝛ pulegij. aā. lib. j. Mittes herbas in olla noua ꝛ in cacabo ſtagnato ꝛ mittes aq̄. ℔[g]. xix. ꝛ infundāt[h] ſe in aqua ipſa diebꝰ. xv. ꝛ ſic coquant̄ donec ſuccos faciāt ſpiſſos: poſt aūt colabis ꝛ ꝓijcies herbas. Et mittes de ſucco lib. ij. ꝛ de adipibꝰ anſerinis ꝛ medulla ceruina ꝛ ſtorace ꝛ mandragore ſucco ꝛ butyro ꝛ terebentina. aā. ℥. vj. libani arſenici iuſq̄ami ſemis aloe ciclaminis recētis ſucci. aā. ℥. j. ꝛ cōficies ſ̄m modum[i] ꝛ repones: ꝛ cū opꝰ fuerit in oleo anhetino mittes ꝛ de medicamine coclearia duo aut tria inities. Siue enim ſit inflāmatio aliqua ſiue humor frigidus ſit magnifice iuuat. Educit enim humores ꝛ dolores amputat: anodinū eſt enim ꝛ mox ſubuenit. Itez aliud magnificuz aloe caſtorei. aā. ℥. j. ciclaminis ſicci recētis opij. ʒ. iij. cōficies ꝛ vteris in enemate cū oleo cilino[k] ꝛ modico adipis anſerini. Forte enim eſt hoc adiutoriuz ꝛ nō eſt contēnēdū ꝓpter ſpecierū vilitatē. Itē aliḋ qḋ facit ꝛ ad yliodes[l] ꝛ frigidos humores habētibus. Terebētine diachilō butyr[i] caſtorei platocymini[m]. aā. ℥. vj. baſilicon. ℥. j. baccas lauri ꝛ allei ſpicas tritas ſigillatim nūo q̄nquaginta. j. ruthe faſciculū vnū olei cyprini lib. v. cōficies aūt ſic. Mitte in cacabo oleū cyprinū ꝛ oleū ſabinū[n] ꝛ admiſcebis ei vini. ℔. j. ꝛ ibidē infundes caſtoreū ꝛ platocyminū[o] ꝛ lauri baccas ꝛ alleum ꝛ ruthaz vſq̄z ad tres dies: ꝛ poſt hoc coques ad leues prunas donec cōſumat̄ vinū. Tolles aūt ab igne ꝛ colabis oleū ꝛ ſic mittes terebētinas ꝛ baſilicō ꝛ butyrū ꝛ diachilō ꝛ lēte calefacies donec miſceant̄ ꝛ ſic repones in ampullā ꝛ cū opꝰ fuerit accipies ex eo coclearia duo aut tria ꝛ de adipibꝰ modicū. Mirabile. n. eſt hoc adiutoriū: mitigat enim nimios dolores. Et ꝓpter hoc bonū eſt q̄r nihil hz in ſe narcoticū. Itē aliḋ enema optimū: educit eni ſpiſſos hūores ꝛ viſcoſos ꝛ dolores mitigat. Ariſtologia rotūda cōtuſa ſale frixo ꝛ trito ꝛ meu[p] herba ꝛ ipſa trita oleo cilino[q] oleo ruthaceo: oleo anhetino[r] ꝛ in herbis ſupradictis admiſcebis vnū coclearīū de herbaꝝ puluere ꝛ ſalis coclearīū vnuz ꝛ ſic inities. Hoc eniz ſatis mouet flegma ꝛ nō ſatis[s] colicis facit: ſed ꝛ ſciaticos fortiter iuuat.

a .i. ſubtilis ſubſtantie. Jañ.
b .i. liquefacies.
c .i. gallinaceos adipes.
d .i. ſummitatibꝰ quaſi comis.
e .i. clyſtere.
f .i. biſmalue.
g Eſt figura ſextarij: ꝛ eſt ſextarius lib. ij. ꝛ. ʒ.
h .i. temperent.
i Aptum. ſ.
k .i. de fenugreco. Jañ.
l .i. iliacam paſſionem.
m .i. lati cymini ꝛ ēſicleos Ja.
n Gale. ad glauconē inquit eſt oleū tenuiſſime virtutis ac penetrabilis.
o .i. ſiler montanum.
p Herba eſt ſimilis aniſo ꝛ anheto intirſo ꝛ folijs.
q .i. de fenugreco.
r Recipe de ſingulis oibus certā quantitatem.
s Solum.

Itez aliud enema[t] qḋ nō ſolū colicis: verūetiam ad yliodes[v] bn̄ facit. Accipe nitri alexādrini. ʒ. iij. ſeu amplius cui addes oleū ꝛ aquā calīaz ꝛ oibꝰ mixtis inities eminā[x] vnā ꝛ miraberis effectū quō adaperit ꝛ educit durū ſtercus ſeu viſcoſos ꝛ ſpiſſos humores ꝛ flegmaticos. Ego aūt ꝛ ad eos qui ylei dolorē patiunt̄ h̄ vſus ſum ꝛ liberati ſunt: vt etiam omnes mirarentur.

Itez aliud valde bonum. ℞. ſtoracis caſtorei ſmirnis[y] opij. aā. ℥. j. Hec oia miſcebis ꝛ habebis repoſitū[z]. Cū aūt opꝰ fuerit accipies ad fabe egyptiace magnitudinē ꝛ inities cū oleo ruthaceo ꝛ modico adipis anſerini: aut gallinacei. Hoc. n. ꝛ ſomnū fac̄ ꝛ mirifice nimios ꝛ fortes dolores mitigat ꝛ mltū a nob expimētatū eſt.

t .i. clyſtere.
v Iliacam.
x Emina eſt medietas ſextarij: ꝛ ſextariꝰ ē lib. ij. ꝛ. ʒ.
y .i. myrre.
z .i. ſeruatum in loco apto.

## De ſimplicibus potionibus ad colicum dolorem. Capl'm. CCXI.

Quoniam quidē multi vētris curationez ꝑ clyſtere ſibi fieri nō ꝑmittūt: ꝛ maxime gētiles. neceſſe eſt vt potiones accipiant que ad coli paſſiones credunt̄ facere. Multa enim ad hoc ab antiq̄s dicta ſunt: quoꝝ etiā nos habemus expimentū ꝛ que ſunt nobilia ꝛ a nobis expimentata ſunt ꝛ ipſa tradimꝰ ſcripta initiū a ſimplicibus faciētes ꝛ que ad dolores mediocres ſubueniunt ſcribemus. Herbā praſſij coques cū aqua ꝛ apoçima eiꝰ dabis cū vino ꝛ melle bibere. Itez aliud lauri baccas purgatas nūo. ix. teres bene cū vini cyatis[r] tribꝰ ꝓbatuz eſt. Itē aliud ad colon qḋ facit ꝛ ad nefreticos accipiēs folia lauri facies ſuccos ꝛ ad vnamquāqz potionē admiſcebis pipis gra. vij. aut. ix. ꝛ mellis coclearia duo: ꝛ tepidū dabis bibere in ſolio ꝛ miraberis effectum: ita vt paulatim ꝑ tp̄s egrotās abſqz dolore fiat. hoc aūt ꝛ ad nefreticos facit: aut q anfraxim aut lapides hn̄t in veſica: ꝛ ſpiſſos educit humores. Itē aliḋ pulegij apoçima det̄ cū vino bibere. ſilr̄ enim ꝛ hyſſopus facit ꝛ diptamū ꝛ petroſelinū ꝛ aniſuz. Itē aliḋ ꝛ hoc nimis ad colū validū origani. ℈. iiij. potui detur cum aſcalonio[y] vino aut alio tenui vino ꝓbatum eſt. Itē aliud ad hoc valde bonū caſtorei. ℈. iiij. origani. ℈. ij. qui[z] ſine febre ſunt dabis cum vino: aut melle: febrientibus aūt cum mulſa. Potiones ad colon cōpoſite feniculi ſeminis aniſi ſpice nardi. aā. ℥. j. apij ſemis. ʒ. iiij. gnidijcoco[aa]. ʒ. iiij. ameos. ʒ. ix. caſſie. ʒ. iiij. facies puluerē: ꝛ dabis ad colicos ꝛ nefreticos: ꝛ hydropicis bene dat̄. Itē aliud mirabile faciēs ad multa cardamomi ex interiori ſemine. ℥. j. armonij botri[bb]. ℥. j. ſpice malabatri fili[cc] papaueris albi ſeminis: cymini ethiopici mēthe ſicce ſemis aſſari. aā. ℥. j. myrre troclitem[dd] ſcamonee. aā. ℥. iiij. mellis diſpumati qḋ ſufficit ictericis dabis ad glutiēdū ad magnitudinē auellane. ad colon[ee] ꝯo cum hydromellis frigidi cyatis tribus. Sciri aūt opz ꝛ menſurā potionis: danda eſt etiā non ſoluz ad magnitudinē auellane: verūetiā ad nucis maioris: ꝛ maxime ꝛ ilij dolorē: qḋ quidā cardaxū vocant ꝛ in nimijs doloribus dum dat̄. ſimplr̄ aūt dico in his quibus fortis eſt virtus ꝛ dolores ſunt nimij. Nihil eni dubitādū eſt vel timendū ei amplius dare ad magnitudinē nucis maioris: neqz enim habet aliquid narcoticum vt philoniū vel alia plura antidota: ſed purgando ꝛ furēdo nocētes humores amputat ꝛ dolores.

r Cyatus eſt pondus vnc. j. ꝛ. ʒ.
y A loco.
z Dis.
aa .i. cocognidū ꝛ eſt ſemen mezereon. Jañ.
bb .i. ſummitatis
cc .i. folij. Jañ.
dd A loco.
ee .i. colicam.



## De tyriaca. Capl'm. CCXII.

Sed tyriaca antidotuz magnifice facit ad iſtos flegmaticos ꝛ yaloidis[a] humores vel ex eis factos dolores. doſis aūt eius eſt auellane pōtice magnitudo cū mulſa data. Ego aūt ſepius eā dedi ꝛ liberati ſūt. ꝙ ſi aliq̄s eā i declinatōe bibit ſemel i mēſe ꝑfecte ſanabit̄ ꝛ ſine dolore erit poſtmodū.

a .i. ſiace paſſionis.

## De philonio antidoto. Capl'm. CCXIII.

Philonium aūt antidotuz mitigat dolores qui de frigida diſtēperantia generant̄: non tm̄ ſanat. his qui de cholico humore dolorez patiunt̄: nō ſolū mitigat ſed ꝛ magnifice iuuat mediocriter: datū eſt ſ̄m virtutē. Eſt ēt ꝛ marcellinū antidotū paragoricū[b] cū nō habeat niſi ea que narcotica ſunt. ℞. croci. ʒ. x. ſulphuris viui. ʒ. vj. cinnamomi. ʒ. j. pipis albi. ʒ. xx. iuſq̄ami ſe. ʒ. xx. mellis atici[c] qḋ ſufficit. dabis aūt ex eo ad magnitudinē auellane cum calida[d] bibere. Sufficiant hec de antidotis ꝛ in lectionibus dicta: nā multa ſunt de opio ꝛ alijs narcoticis cōfecta que ad hec neceſſaria ſunt: de quibꝰ etiā nūc aliq̄ que ſunt a nobilibꝰ medicis dicta ꝛ a me erūt dicēda.

b .i. mitigatiuū.
c A loco.
d Aqua. ſ.

## De narcoticis antidotis. Capl'm. CCXIIII.

Antidota etenim ea quecūqz de opio ꝛ iuſq̄amo conficiunt̄ narcotica a grecis appellant̄: ea enim nō opz feſtinare vt dent̄. ꝙ ſi tenuiores ꝛ acriores facti ſunt humores q dolores faciūt feſtinare: opz illas dare potiones ꝛ nulla erit leſionis exiſtimāda ſuſpitio. Naz mox ſtupore mēbris impoſito dolor vī geſcere: ſz poſtea cum fuerit dolor regreſſus amplꝰ extēdit̄ ꝛ violētius plus exiſtit ꝛ multo tp̄e dn̄atur. Exiſtimo ḡ merito h̄ poſſe contingere cōſtipatis poris de narcotici medicaminis frigore: ꝛ ꝯſtipato humore neceſſe eſt: vt tota paſſio augmētet̄: ꝛ ſit magis difficilis ad digerēdū vel euentandū paſſio. Multi aūt ꝛ ſcḋo ꝛ tertio dederūt potiones in tali paſſione: ꝛ q̄bꝰ date ſunt aut in mortē ſubitaneā aut ꝑnitioſe in paralyſis vitiū inciderūt. Propterea ḡ nō opz nos de narcoticis potionibꝰ dare his qui coli[e] paſſiones de frido humore patiunt̄ niſi fortes magni ꝛ vehemētes dolores ꝑiculoſaz mittāt ſyncopim. Tūc eni ꝑiculū ne incidāt ſi virtus robuſta eſt: ꝛ dolores vt diximꝰ nimij ſunt opz dari narcoticā potionē: ꝛ hoc ſemel. Nā qui hn̄t calidā diſtēperātiā: ꝛ q ſubtili ꝛ acro humore dolores patiunt̄ hos nihil nocet narcotica potio: ſed magis adhuc iuuat ſubtiles īpinguando humores ꝛ digeſtionem faciendo: ꝛ tēperando tēperat ſubtiles: ꝛ acros humores collectos.

e .i. colicos.

## De vomitu colicis faciendo. Capl'm. CCXV.

Vomitus enim eos multum iuuat qui de frigido humore dolores patiunt̄: ꝛ maxime ſi fiat[f] de raffanis acceptis: aut de ſalſis ꝛ dulcibus cibis: vel ſi plīmis cibis acceptis vomitꝰ[g] fiat. Simul. n. cū vomitu hūor q reſidet viſcoſus ꝛ pinguis ꝛ flaticꝰ fert̄ emulſus ꝛ nō ꝑmittit[h] aliūde collectū humorē mox in inteſtinis ſupfluere q alios moueat dolores. Oportet aūt nō ſolū in ipſa paſſione facē vomitū: ſz i declinatione faciēda eſt.

f Vomitus.
g Vomitus.
h .i. ruptorio.

## De ſynapiſmo ꝛ dropace[h]. C. CCXVI

Similiter aūt ꝛ ſynapiſmos[i] ſinitimos[k] expedire exiſtimo: maxime ꝯo in diuturnis paſſionibꝰ hec ſūt adhibēda: calefaciūt eniz illinita. Sig̃ aūt eis vtit̄ i locis patiētibꝰ ſupficiē attrahūt ſupfluos humores. Qḋ ſi ex his veſicas fieri ꝯtigerit paruas vl̄ ſidracia[l] nō opz turbari: diuturne. n. paſſiones ſuſtinere vident̄ violētiā adiutorij: amāt enim accipere exolutionē. Hoc enim agendū eſt non in acceſſione ſed in declinatione magis cuſtodie cauſa vt minime permittatur paſſio in cōmoratione[m] venire patientis.

i .i. empla de ſynapi facta ꝛ vocant̄ in antiquis libris dropax. Jañ.
Dropax ruptoriū dropacismus idē ſeu rubificatiuum vel deſiccatiuum.
k .i. adherente a loco.
l Sūt puſtule parue eminētes i cute plene humiditate. Jañ.
m .i. habitā ꝛ hereditatem.

## De exercitatione. Capl'm. CCXVII.

Mouendum eſt aūt totuz corpꝰ exercitio diuturna manēte paſſione: ꝛ maxime his qui frequēter comprehēdunt̄ ex hac paſſione ſeu pedibꝰ ſeu equo ſeu carpēto[n] ſiue naui corpus moueri opz: ſz ꝛ paleſtra ꝛ per fricationē totius corpis ꝛ locoꝝ mutatione ꝛ lōga ambulatione de vno loco ad aliū locū. Hec eni oia extenuāt ꝛ digerūt oēm corporis ſupfluitatē ꝛ cōfortāt totā habitudinem corpis: vt ea[o] que moleſtant̄ iaz nō pn̄t ledi nec frigiduz aggregare humorē. Sed neqz hormor his qui ex alio fluit loco in eum qui leſus fuerit ſupercurrit: quia non recipitur ab eo qui fortior loco eſt effectus.

n .i. currꝰ.
o .i. membra.

## De ventoſa colica. Capl'm. CCVIII.

Quod ſi ex vētoſitate dolor fuerit generatꝰ expedit ex milio ꝛ panico aut furfuribꝰ fomētatōes mediocres adhiberi: ſed ꝛ iniectionē cōpoſitā ex oleo qḋ de ſemibꝰ ſupiꝰ eſt cōprehēſuz: hoc eni interiꝰ oēm abūdātiā vētoſitatis ꝛ doloris amputat. Iuuāt aūt eū maxie cucurbite[p] in vmbilicū īpoſite: vt mirent̄ mox aliq eū fuiſſe ſanatū: ita vt magica credāt factum fuiſſe arte ſine dolore efficit̄. manifeſtū tamē eſt quia his calidior debet preparari cibus.

p .i. ventoſe.

## Si de ſtercore duro anfraxis faciat coli dolorem. Capl'm. CCXIX.

Quibus aūt ex anfraxi[q] ꝛ ſtercoris duritia coli[r] fuerit gn̄atꝰ dolor feſtinare opz multo ydroleo[s] mulſaz inijcere ꝛ ad potādū h̄ ip̄z dare. Per hāc igit̄ infuſionē qḋ ſiccatū eſt ꝛ ſq̄bala q̄ indurata ſūt his iniectiōibꝰ ꝛ potiōibꝰ frequēter adhibitꝭ ad īferiora educunt̄ relaxata. Sz ꝛ ois dieta hūida dz eē ꝛ magis ea ſit miſtrāda q̄ molliūt vētrē ꝛ maxie allipiados[t] herba cocta cū oleribꝰ dz dari. Silr̄ aūt ꝛ mercurial̄ mirabil̄r vētrē deducit: ꝛ euiſci galli ius datū optie fac̄. Opz aūt exuētrare[v] ꝛ replē ſale ꝛ ꝯſuere ꝛ ſic cū anheto excoquē cū aq̄ mltā: ꝛ poſtea nō addat̄ aq̄ donec coquat̄ ita vt carnes eiꝰ ſint diſcocte. Si aūt ꝛ ſil̄ cū eo coques polypodij quātū eſt. ℥. j. adhuc ius magis deducē ipſiꝰ poterit potatū. Si aūt ꝛ vinū ei admiſceas aut vinuz[x] mulſuz ſuauiꝰ efficiet̄ multū: ꝛ amplꝰ vētrē deponet[y]. Ad hec. n. aliq vtunt̄ cataputijs[z] de plūbo factis nihil credētes ſe poſſe augē ꝑ ſupſcriptas potōes ꝛ iniectiones. Neceſſe eſt ḡ ꝛ de his nos dicē aliq̄. Si q̄ ḡ paſſio coli aut ilei[t] ſiue īflāmatiōe īteriorꝝ vī eē expedit tūc vti eū vtris[y] curatiōe. Si aūt flegmō ꝓceſſerit ꝛ ꝑ hoc clauſus eſt vēter ad hec nihil iuuat vter ſz magis ledit. Erit aūt h̄ mō adhibēdus vter. Accipiēs auliſcū[z] medicinalē coaptabis eū folli ꝛ appones ꝑtibꝰ poſterioribus: ꝛ qñ h̄ feceris alleuiabis eū[aa] donec plenꝰ oino videat̄ eē follis vēto: ꝛ tūc q̄ſi eū clyſteriçās immittes i interiora vētū ꝑmēdo follē: ꝛ ſi poſt hec mox clyſteriçabis cū ydroleo[bb] ꝛ modico nitri: mouet. n. ſil̄ cū iniectione que in vētre ꝛ in inteſtinis ꝯtinent̄. Oia iſta vt mireris cū ſtercore ſimul ꝛ humores ꝛ vētoſitates ꝓcedere.

q .i. oppilatione.
r .i. colice.
s .i. mixtura ex aqua ꝛ oleo.
t .i. mezereō. Ja.
v .i. euiſcerare.
x .i. nectar ſeu claretum.
y .i. laxabit.
z .i. pillulis.
t .i. colica vl̄ iliaca.
y .i. folijs fabri.
z Auliſcus eſt canna qua aliq̄d in aure extra inggitur Jañ. auctoritate alexādri.
aa .i. follem.
bb .i. mixtura ex aqua ꝛ oleo.

a .i.pillulis.
b .i.pillulis.

¶ De cataputys[a]. Caplm. CCXX.

Similiter aũt ⁊ cataputys[b] de plũbo vti oportet nullo exiſte flegmone: ⁊ maxime in initio. Trãſactis enim multis iã dieb⁹ ⁊ mollicie quadã iam apparẽte vt digeſtio iaꝫ exiſtimet eſſe de plũbo facte cataputie aut ex euforbio tunc poterũt dari: ⁊ ſic diligentius poterit anfraxis[c] curari. Taliter ergo de plenitudine ſpũs[d] ⁊ vẽtoſitate cõprehẽſi ⁊ de ſpiſſis humoribus ⁊ frigidis coli dolorẽ poterunt liberari. Ceterũ tempus eſt vt ſcribamus de choleribus ⁊ acris humorib⁹ ſi colica paſſio generata fuerit: initiũ quoqꝫ faciẽtes quõ oporteat cognoſcere qualitatem ⁊ quantitatem eſſe ipſius.

c .i.oppilatio.
d .i.acris.

¶ Signa ſi de cholerico humore colica fuerit paſſio generata. Caplm. CCXXI.

Cognoſcitur aũt de calidis ⁊ acris ⁊ colicis humoribus colicã gñatã eſſe paſſionẽ ex eo qð mordicationẽ patiunt̃ ⁊ incendi vel ꝓtundi interiora vident̃. Et linguã aridaꝫ habẽt. Et ſitim vel inſomnietatẽ patiunt̃: ita vt inſaniãt q̃plurime ⁊ cõmotionem patiant̃: ⁊ vrine ſunt acre[e]. Et ea que ꝑ vẽtrẽ egerunt̃ colica ſunt. Et ſi multũ cali cibi ⁊ potiones aut adiutoria miniſtrẽtur acerbãtur magis ⁊ neqꝫ ſine febre ſunt. Talia.n. ſunt ſigna qbus de cholico ⁊ calido humore colice fiũt paſſiões.

e .i.acute.

¶ Curatio ſi de cholerico humore colica fuerit paſſio generata. Caplm. CCXXII.

Si de cholerico humore colica paſſio fuerit gñata cõtrario mõ his qui de flegmatico colũ patiunt̃ erũt adiutoria miniſtrãda. In primis ergo eorũ ordinãda eſt dieta: qbus dãdus eſt ſuccus ptiſane ſimplex nullam hñs alterius gñis admixtionẽ niſi forte modicũ ſalis: ex eo enim calor colicus tẽperat̃ ⁊ ꝓycit̃ per vrinas ⁊ ꝑ vẽtrem vnde magis ſepius ſuccos ipſos dari opꝫ. Quoꝝ igit̃ vitella frigida miſtrãda ſũt. ¶ De olerib⁹. Olera aũt bene iuuãt ⁊ cruda ⁊ cocta data. Et lactuce maiores ⁊ dulces dãde ſunt: ⁊ maxime his qui inſomnietatẽ patiunt̃ ⁊ calidi ſunt nã ⁊ iam etate maiores ſunt. Sed omnia poma que infrigidare poſſunt ⁊ humectare dãda ſunt ⁊ nulla ex eis exiſtimãda eſt fieri leſio. Cucurbita aũt ſola eſt ꝓhibẽda ꝓpter nãlẽ virtutem quã hꝫ reſiſtere ſanitati ad ledendũ in colica paſſione qð oib⁹ dieticis[f] eſt ꝓbatũ. Ego enim ſcio nõ ſolũ iuuenes: ſed ⁊ ſeniores inter paucos dies tali vtẽtes dieta celeriter fuiſſe ſanatos. Sed ⁊ aquã frigidã in qbus[g] virt⁹[h] erat ſcio eos[i] bibiſſe ⁊ abſqꝫ leſione locis vitalibus illeſis ſeruatis perfectius requieuiſſe dolorẽ. Et tota cã vnde cõtigebat dolor ꝓhibita ad integrã ꝑuenit ſanitatem: ⁊ hoc frequẽter acceſſionib⁹ laborantẽ[k]. Etiã ſi ab acutis reb⁹ ⁊ vino ſe abſtineat ⁊ frigidis vtat̃ cibis ab hac liberabit̃ paſſione. Nam ſi timeat aquã frigidã bibere ꝓpter aliquas viſcerũ inflãmationes. Aut ꝓpter imbecillitatẽ virtutis oleũ roſeuꝫ frigidũ dedi eis bibere abũdantius ⁊ ab inferiorib⁹ partib⁹ ipſum oleum roſ. inyci feci ⁊ multum iuuati ſunt. Cui[l] admiſcui adipes anſerinos in qbus eſſe noui acredinẽ. Aut mordicationem cholerici humoris. Et ſi raſure per vẽtrẽ deponũtur multũ ad hoc ipſum iuuat ſuccus ptiſane cuꝫ oleo camomille ſi initiat̃. Iuuant ⁊ vitella ouoꝝ cũ oleo roſato ad hoc ſi inities. ¶ De piſcib⁹. Piſces ẽt eis expediunt qui duras habent carnes quales ſunt cedria oꝛphon glaucon corpina coctica ſepia tenceda. Illi autẽ quos greci oſtracoderinas vocãt .i. pectines oſtree coclee marine vtendũ eſt. Bene aũt eos ⁊ echinus[m] iuuat: hic enim ſe habẽt tẽperatiuũ ⁊ infrigidatiuũ liquorem. Ad hec etiã ⁊ euſtomachi poſſet virtutẽ .i. aptam bene ſtomacho ⁊ ventrẽ facilẽ reddit: ⁊ diureticus eſt quo nullus ex ſuꝑdictis melior eſt. ¶ De carnib⁹. Carnes aũt maxime eis dare cõuenit que nõ facile coquũtur: quales ſunt pedes bouini ⁊ vẽtres. Et ſcrophulas ſteriles[n] ⁊ vngulas hñ coctas ⁊ infrigidatas. ¶ De pomis. Poma ꝟo mela[o] potius dari opꝫ magis omnib⁹ pomis. vt aũt nõ eis ſubuertat̃ ſtomachus admiſcere eis opꝫ acetũ ⁊ ſic accipiant̃. Alia ꝟo omnia poma dãda ſunt que nõ inflant ⁊ ea que dulcia ſunt nihil nocẽt: ſed delectationis cauſa accipiant̃ ⁊ nõ ſatis aſſumant̃. ¶ De placomaton ⁊ tragomatõ. Placomaton[p] aũt ⁊ tragomaton ex toto non aſſumantur ab eis qui de cholerico coli mordicationem patiuntur.

f .i.expertis in dietis ordinandis.
g Viris.
h .i.fortitudo.
i Viros.
k Scio feciſſe.
l Oleo roſ.
m Piſcis ẽ quẽ qdam dicũt ericiũ marinum.
n .i.porcina omaſa.
o Sunt fructus ſuaues guſtu maiores pipere.
p Eſtimo ꝙ per placomata dragetas de ſeminibus calidis vt aniſi feniculi intelligit: ⁊ ꝑ tracomaton nuces

¶ De balneis. Caplm. CCXXIII.

Balneis aũt vtant̃ que dulci aqua fiant. Pene oẽs maxime tñ qui media ſunt etate ⁊ calidã habẽt nãꝫ. Sit aũt ⁊ aer tẽperatus ⁊ ſoliũ ſil'r mediocre. Et vngant̃ oleo cũ calida aqua. In his aũt locis q patiunt̃ oleo camomille: ⁊ neqꝫ nitro: aut ſanſuco: aut ſapone aut his ſil'ibus fricent̃ patiẽtia loca. Fomẽtationes aũt ꝓhibeantur. Et ſalſe aut nitroſe aque vel oẽs nãl'r calide aque ꝓhibẽde ſunt. Neqꝫ enim vinũ dari opꝫ in dolore ꝯſtitutis niſi ſuccũ ptiſane aut calidã aquã. In medio ꝟo prãdio ſi voluerint recentẽ aquã bibere permittẽdi ſunt: qꝛ iuuant̃ ex ea. Nam ſi oino a vino abſtineant maximũ adiutorium eſt. Qð ſi nõ poſſint ex toto abſtinere: concedẽdum eſt eis vt tenue ⁊ aquoſum bibant vinum.

¶ De exercitationibus. Caplm. CCXXIIII.

Exercitationibus aũt ⁊ geſtationibus ⁊ omni deambulatione vtant̃ in lenimẽtuꝫ paſſionis ⁊ nõ multis neqꝫ fortiorib⁹. Nõ eniꝫ ſufferũt ſꝫ mox vt diſtẽperati fuerũt acriores efficiunt̃ dolores ſi plus aut vehemẽter faciãt exercitationes. Sed abſtineant etiã ſe a furore ⁊ omni ſollicitudine inquãtum poſſibile eſt ⁊ ab omni labore. ſic enim ſi ſe temperauerint ſanari facile poſſunt.

¶ De catartico dando. Caplm. CCXXV.

Quod ſi tibi viſum fuerit ꝙ opus ſit purgare eũ qui coli dolorẽ ex acro humore patit̃ obſeruãdũ eſt: vt nullũ ei de his que acra ſunt medicamẽtis det̃ quale eſt euforbium ⁊ cocognidiũ[q] ⁊ elacterides[r] aut elleborus. hec enim omnia ad hec nihil iuuant: ſꝫ magis ſtrophos[s] eis ⁊ medicat oẽs excitãt ⁊ adiuncta cholerib⁹ magis augent dolorẽ viliſſimum: ⁊ ñ ad hoc eſt antidotũ pigra: qð ⁊ ſi nõ ſoluꝫ imbibitus ſit: ſed etiã cõtineat̃ ibidẽ: ⁊ de ſuperiorib⁹ partibus abũdans ſupcurrit in inteſtina cholericus humor: nõ opꝫ ſolũ dari antidotũ ſꝫ admiſceri ei opꝫ diagredy. ℈.y. aut modice ampli⁹ aut minus: ⁊ ſic eũ purgabis attendẽdo ei⁹ nãm: ſed ⁊ cũ theodoricon mixtũ ſi det̃ diagrediũ bene dat̃ ⁊ optime curabit. Si autꝫ eſtas fuerit ⁊ cũ rodomelle[t] aut nitro admixto hydroroſato[u] cũ diagredio: ſic opꝫ euꝫ curari ⁊ purgari. Satis enim iuuatur accepto catartico ⁊ non ſolum releuatur ab inſtanti dolore: ſed ⁊ perfectius effugata egritudine ad integrum ſanitatis ſtatum reuertitur.

q .i.ſemen mezereon.
r .i.ſuccus cucumeris agreſtis.
s .i.ſubuerſiones
t .i.roſato melle.
u .i.aqua roſata.





¶ Cura de cholica paſſione ſi de flegmone fuerit. Caplm. CCXXVI.

Quod ſi cõtingat cholicã paſſionẽ cũ inflãmatione in inteſtinis eẽ nullo mõ opꝫ dari catarticum ⁊ maxime in initio: ſꝫ ⁊ opꝫ dari duꝫ adhuc accedit[a] digeſtio inflãmationis. Quicũqꝫ aũt añq̃ faceret digeſtionẽ iflãmatio ꝓſumpſerunt dare catarticũ periculoſam cãm ⁊ mortiferã fecerũt egrotis. Cõtingit eni dato catartico non de locis qui patiunt̃ trahi humores ſꝫ ⁊ de locis educi violenter q̃ ſana ſunt: ⁊ his q̃ patiunt̃ miniſtrat amplius natura iã motos humores. Cũ enim poterit locus q patit̃ ſup ſe humores veniẽtes expellere extẽdit̃ ⁊ augmẽtãt̃ dolores ⁊ ylei incurrũt paſſionẽ. neqꝫ eniꝫ aliud eſt yleos niſi ſuppoſitio ⁊ augmentatio cholice paſſionis. Preterea ergo nõ opꝫ dari catharticũ vbi colus[b] cum inflãmatione torquet̃ dolorib⁹: ſꝫ potius flobothomãdus eſt ⁊ paulatim totius corporis euacuatio eſt faciẽda ⁊ nõ deſubito aut de ſemel euacuandũ eſt. tñ[c] enim iuuantur qñ paulatim detrahitur[d]. ⁊ ſi cõtingat vt ex magnitudine flegmonis vrina conſtringat̃ de talo ſanguis eſt auferendus. Sepius enim hoc nobis agentibus ⁊ ventrem[e] ⁊ vrinã ſubſecutam fuiſſe manifeſtum eſt.

a .i.incipit.
b .i.inteſtinũ colũ.
c .i.ſolũmodo.
d .i.euacuat̃ ſanguis.
e .i.ventris laxationem.

¶ De cibis dandis. Cap. CCXXVII.

Cibis aũt vti oportet ptiſane[f] ordei ſuccis aut auene: aut enema[g] eis de ptiſane ſuccis ⁊ oleo camomille ⁊ ſucco lini ſeminis ⁊ hydroleon[h]: ⁊ maxime hoc faciẽdũ eſt ſi nimia fuerit febris. Raro enim cõtingit ſi inflãmatio in iteſtinis aut inteſtino colo fuerit vt febris non accedat.

f Ordei.
g .i.clyſtere.
h Mixtura ex aqua ⁊ oleo.

¶ De cataplaſmate. Cap. CCXXVIII.

Extrinſecus autẽ vbi ſunt dolores: apponẽda ſunt que nullã poſſunt habere acredineꝫ[i] ſed ſint tẽperata: ex qbus eſt oleũ comomille ⁊ ordei faria ⁊ ſemis lini factũ epithima.

i .i.acumen.

¶ De cerotis. Caplm. CCXXIX.

Et cerotũ ſimiliter de cera ⁊ oleo camomille ⁊ roſato ⁊ vitellis ouorũ. Cuius cõfectio. ℞. cere. ℥.v. olei camomille. ℥.y. ⁊ ß. lonienti[k] de fabis ℥.iiy. vitella ouorũ. v. aut. vj. cuꝫ ſucco lini ſeminis ſolues vitella ouorum ⁊ fabe farinaꝫ ⁊ cerotũ ſupermittes ⁊ teres omnino donec omnia cõmiſceantur ⁊ vteris: non ſolum ad hoc ſed ad renum ⁊ veſice inflãmationem magnifice iuuaberis.

k .i.prime aq̃ vbi fabe coquunt̃.

¶ De balneis. Caplm. CCXXX.

Balneis enim vt frequenter oportet preter hoc ſi non ſit corpus humoribus plenũ. poſt aũt flobothomo. Et ſi adhuc dolor vigeat nihil ipedit lauacrorũ vſus: ſi tñ vſus contra reſiſtat: ſi in tina oleo vnctus camomille ⁊ vino deponatur[l] iuuabitur. flegmone autem adhuc accenſo ⁊ febre exiſtẽte prohibenda ſunt hec.

l .i.ponatur.

¶ De vino dando. Caplm. CCXXXI.

Digeſtione autem facta iflãmationis: ⁊ ſi virtus imbecillior appareat nihil eſt inutile dare eis vinum tenue ⁊ aquoſum. Scio vtiqꝫ quia his que ꝑdicta ſunt quicunqꝫ fuerit vſus non opus habebit aliud aliquo extrinſecus ſollicitus vt exhibeat.

¶ De phyſicis[m] ligaturis. Cap. CCXXXII.

Quoniam multi qui colon patiunt̃ ⁊ maxie diuites neqꝫ ex toto aliqd bibere volũt: neqꝫ iniectionem ſibi ꝯſentiunt fieri. ꝓpterea neceſſe eſt nobis de phyſicis ligaturis aut caracteribus aliqd dicere: que ſi fiãt mox relaxari ſolẽt vel amputari dolores: ⁊ iõ ea que ab antiqs vel poſtea a nobis probata ſunt ſcribere nõ obmittã ⁊ ea q̃ reſiſtũt: ⁊ patiẽtibus colon ꝑbẽt remediũ. In ꝑmis ergo ſi eſt poſſibile accipies fimũ lupi: ⁊ ſi eſt poſ'e ex eo qui oſſa comedit ⁊ claudes in teſteo vaſe ⁊ ligabis in dextro brachio aut in humero: aut in collo: aut in coxis ſuſpẽdes in ipſa cõmotiõe doloris. Obſeruabis aũt vt neqꝫ terram tangat: neqꝫ in balneum ſecum ferat. ⁊ hoc experimentatum eſt.

m Phyſicas ligaturas vocat empericas. ſ. de quibus nulla rõ reddi põt.

¶ De caracteribus. Caplm. CCXXXIII.

Accipies naſcẽte infante modicum de iciſo vmbilico eius includẽs argẽteo aut aureo metallo: hoc. n. ſecũ portãs ſine dolore erit: ⁊ hoc expimẽtatũ eſt. Corallũ abietis[n] incẽdis[o] ⁊ terẽs quãtũ ſunt coclearia duo aut tria ieiuno potãdum: dabis ꝑ dies tres aut. iiy. facit enim bene ad colicas paſſiones. Itẽ aliud ad hoc ipſuꝫ corallũ acceptũ in cibo ſanat. Itẽ aliud: qui aũt ſcindũt eũ[p] ⁊ cor eius ſublatũ appendũt in coxa ſiniſtra carent coli dolore.

n .i.ꝑtẽ interiorẽ abietis que durior eſt.
o Als incides.
p Corallũ. ſ. ⁊ ẽ pars abietis q̃ durior eſt velut cor eius.

¶ De lapide medicon. Caplm. CCXXXIIII.

Item aliud de lapide medicõ[q] ſculpes in eo heracliã[r] rectã ſuffocãtẽ leonẽ icludẽs i aureo annulo: ⁊ dabis ad vtẽdũ[s] in digito ⁊ ſanus erit phyſicũ[t]: aliud faciẽs ad colũ experimẽtatũ lupi fimũ terẽs in ſubtiliſſimũ puluerem cernes[u] ⁊ dabis patiẽti in aq̃ calida coclearĩu meſuꝫ[x]. Item aliud capre epar vſtulans teres ⁊ dabis bibendum cum vino: ſatis enim iuuat: ⁊ hoc etiam amputat coli dolorem. obſeruabis autẽ vt neqꝫ terram tangat neqꝫ in balneum ſecum ferat.

q Eſtio ꝙ ſit alabaſtrum.
r .i.figura herculis.
s .i.geſtandum.
t .i.empericum.
u .i.cribellabis.
x .i.medium.

¶ De podagra. Caplm. CCXXXV.

Podagre paſſiones ſciri opꝫ añ oia que ex multis ⁊ ex diuerſis cauſis hñt cõſtãtiã vñ exiſtimo: qꝛ ꝑꝑ varietatẽ natiuitatis eius: neqꝫ cognoſcit̃ oino neqꝫ curari põt ꝑfectius. Relinquit̃ eni aliqd in ipſis locis: ⁊ iõ nullo mõ ab artificib⁹ medicine ſanari põt: qꝛ ei⁹ ignorant̃ natiuitates. Ego aũt exiſtimo vt qcũqꝫ ei⁹ hñ poterit natiuitates cognoſcẽ vel diuerſitates: aut ipſas ſpẽs q̃cũqꝫ fiũt ⁊ q̃liter ꝯtingũt hñ ⁊ cito poſſe curare: ⁊ facili⁹ a medicis ab ipſis liberari infirmitatib⁹. Dicam⁹ q̃ prio cognitiões ipſarũ ⁊ ſic poſtea curatiões ipſas exponem⁹. Credo. n. qꝛ ſi ea q̃ ſcripta tradimus diligẽti⁹ agẽdo nãm vniuſcuiuſqꝫ q̃cũqꝫ[y] voluerit opari multos poterit liberare ⁊ nõ eos ſolũ qb⁹ mox ab initio curationẽ exhibꝫ: verũ etiã diuturnas iã exiſtentes podagras iuuare poterit.

y Medicus.

¶ De podagre cauſis. Caplm. CCXXXVI.

Multa igitur ſunt vitia in his qui iſanabiles poſſidẽt podagras: eteniꝫ ſanguis calidus ſupcurrẽs in articulis ſeu articuloꝝ cõcauitates extẽdit̃. Et nerui quos greci ſindeſmõ vocãt dolores facẽ in pedibus ſolent nimios. Sil'r aũt ⁊ choleric⁹ humor ſepi⁹ ſupcurrẽs neruos aut iter ipſos reſidẽs: ⁊ maxie in his quos ſindeſmõ diximus vocari

IN omnibus dantur ptiſane ſucci vtiliter: ſꝫ in cauſon vere febricitātibꝰ ⁊ ſitim nimiā habētibus frigidi dandi ſunt ſucci. ⁊ cerota ſiłr ſic ⁊ aqua frigida cōficiēda ſunt ⁊ oleo roſeo ⁊ eis qui refrigerare poſſunt ſuccis herbarū. Quibus ꝟo non verus eſt cauſon nullo modo frigida ſunt adhibēda. ſed hoc ſufficiat vt tepida adhibeātur oīa tempata ⁊ nihil habeant qđ infrigidare nimiū poſſit. Lactucas ꝟo infrigidatas ⁊ caules ⁊ vuas ſimiliter intibam[z] ⁊ troxinā[⁊] ⁊ cucurbitas dari multū expedit his qui leuius febriunt: ſed ⁊ oīs apoçima[ꝯ]. Iſta eniꝫ his qui nimis febriūt repugnātia ſunt ⁊ multuꝫ inimica. Si autē nimiā contingat fieri febrientibus inſomnietatem: tunc dandū eſt dyacodion[ꝫ]. etenim poſtꝙ̄ eum biberit multus ſomnus accidit ⁊ calor febriū mitigabiť. His ꝟo qui nō verā cauſon incurrunt febreꝫ ⁊ nō dormiūt cautius dandū eſt: ꝙ ſi ⁊ inſomnietatez vel alienationez patiantur: modicū ei admiſcebis appomeliti[aa] ⁊ ſic ſine timore dabiť vt in frigidis ⁊ pinguibus humoribus operetur medicamē: etenim rodomellinuꝫ ⁊ hydroroſatū[bb] dandum ad nimis ardētes febres: ⁊ maxie aūt epar cū oleo roſeo oīno īfrigidāt. Curari enim opꝫ qui cauſon febriunt ⁊ nimio conſumuntur ardore habere in domo ſcaffam[cc] tepidam habentē aquam multā: vt oīno totū corpus egrotātis operiat: ⁊ totus[dd] ſub aqua[ee] ſit poſitus ⁊ ibidē fomēteť ⁊ nihil aliud ibidez in ſe diaforeticū aqua habeat: ſed ipſa ſola aqua ſit in ſcaffa quā romani tinā vocāt que[ff] eū[gg] largiter capiat vbi infirmus eſt deponendus. ⁊ virtutē habeat īfirmus vt ſuſtinere poſſit tempore vtiliꝰ accedēte ſolutiōe[hh] ⁊ euētatiōe cauſon febriū: aut ſynochi vel ſynoche que dicunť ꝑncipales febres.

z .i. endiuiā. Ja.
⁊ .i. endiuiā agreſtem.
ꝯ .i. aq̄ decoctionis medicinarū preſertiꝫ cū melle ſyrupata.
ꝫ .i. diapapauer.
aa Qñ fauus mellis in aqua lauatur aq̄ illa mellita appomeli dř. Jañ.
bb .i. aquā roſatam.
cc .i. vas balneatoriuꝫ ad inſtar nauis.
dd Dempto capite.
ee .i. intra aquā.
ff Scaffa. ſ.
gg Infirmum.
hh .i. reſolutiōe.

¶ De ſyncopi in febribus. Cap. XXI.

FIunt etiaꝫ in his febribꝰ quedā ruine[ii] virtutis quas greci ſyncopas vocant. de ſubito aut eniꝫ ex plenitudine crudorum humoꝝ grauāťur vtutes: ⁊ maxime ſtomachus aut certe cholerici ⁊ tenues humores euacuationē[kk] faciūt. Interdū etiā ⁊ corrientes in ſtomachuꝫ faciūt ħ humores. Si ergo cōtingat ſyncopus iſte. i. reuma virtutis: nulla cauſa hic alia eſt niſi ex crudis humoribus qui ſuperueniunt ſyncopi. i. ruine virtutis. Similiter etiam de tenuibus ⁊ cholericis humoribus efficitur. Sciri autem hec opꝫ vt cognoſcat medicus omnia ⁊ ſimilia dyudicet. Quia ſine cognitione vniuſcuiuſqꝫ paſſionis ſubuenire non poterit.

ii .i. caſus ſeu defectiones.
kk .i. diſſolutionem virtutis.

¶ Curatio ſi ex putredine fiat. Cap. XXII.

SI ergo ex plenitudine crudoꝝ humorū ſyncopiꝫ patianť. In principio nulluꝫ hñt ſubtumidū aut acroderō[ll] ſtomachū ⁊ totū vētreꝫ pneumatomenō[mm]. i. vētoſitate ſpūs tēſuꝫ. Pulſus ꝟo hñt paruos ⁊ raros ⁊ ſignes. Et acidos ructus patiuntur ⁊ flegmatica eſt totius corporis habitudo. Et

ll .i. acredine plenum.
mm .i. ventoſitate ſpūs tēſum.

diete que preceſſerunt manifeſtāt adhuc tibi ex ꝗbus humores ſunt augmētati. Crudi[a] eteniꝫ ex indigeſtione ꝗ̄plurima precedente ⁊ ocioſitate vite: ⁊ ſi non in cōpetenti tēpore lauacro vſus eſt. Sic igitur ex plenitudine humoꝝ ſyncopos cognoſci oportet.

¶ Signa ſi de cholerico ⁊ tenui humore ſyncopes patiuntur. Cap. XXIII.

Qui aūt ex cholerico humore ⁊ tenui ſyncopos patiuntur: hec tibi erit cognitio. In primis quidē vultus eis aridus eſſe videt̃ tangenti tibi: ⁊ pulſus paruos ⁊ inequales hñt ⁊ iordinati apparent. Stercora vero cholerica ſunt: ⁊ inſomnietateꝫ patiunt̃ magis ꝗ̄ ſomnū: ⁊ ſitim habent. Et q̄dē ex alijs multis diſcernere poteris: maxime de his que preceſſerunt. Eteniꝫ aut ſollicitudo aut triſtitia preceſſit eos aut furor ⁊ paruo cibo ⁊ ipſo cacochimo ⁊ acro[b] vbi ſunt. Sic enim cognoſci oportet manifeſtius.

¶ Curatio ſyncopoꝝ ex plenitudie ſcōꝝ. C. XXIIII.

Curari aūt eos opꝫ ſic qui ex plenitudine crudoꝝ humoꝝ ſyncopes patiunt̃. Dieta eteniꝫ vtātur que extenuare poſſit. Bonū eſt aūt vt plenitudo euacuet̃ flobothomo. Sꝫ iteꝝ repleri crudis humoribus nō ꝑmittant̃. Ut[c] eſt eniꝫ ita exiſtimo debere minui: vt digerat̃[d] virt⁹ per quā gubernant̃ humores crudi. Qd̄ ſi meli⁹ eſt egro[e] fugienda eſt magis euacuatio. Si aūt iuuata fuerit plenitudo vt ſuffocet̃ ⁊ periclitet̃ virtus nō eſt tunc irrationabile medicū euacuare plenitudinem: ⁊ leuigare grauedinē aut pōdus ipſius. Uidimus enim ꝗ̄plurime hoc factū nō fuiſſe ⁊ ob hoc ꝑiclitari infirmanteꝫ ſicut viride lignū extinguit. Si aūt modice ſit ſiccuꝫ[f] accendit̃ ⁊ iterū talis ei fit ſuffocatio. Iterū vero ſi his virtus imbecilla ſit ⁊ plenitudo ſit nimia que noceat nō opꝫ adhiberi flobothomū. Si aūt imbecillis[g] ſit ⁊ humor crudus eſſe videat̃ multa fricatio neceſſaria eſt vt adhibeat̃: que leuiter extenuet ⁊ diaforeſim faciat: ⁊ digerat his crudū humorē. Fricari aūt opꝫ vt a coxis incipiat̃ ⁊ vſqꝫ viſum ad pedes fricet̃ ⁊ ſic dorſum totū ⁊ brachia ⁊ manus. Et ſic iterum a manu ad inferiores partes vſqꝫ ad pedes deſcēdat ⁊ hoc faciat ſine intermiſſione attēdēdo eius virtutē. Sepius. n. abſqꝫ mēſura fricatis aliꝗbus: de ſubito corrūpit̃ virtus. Ego aūt vidi aliquē[h] ſyncopim patientē: ⁊ ſic laborāteꝫ abſqꝫ doctrina fricaſſe. Fricari aūt euꝫ iuſſit per ſucceſſiones tota die ⁊ nocte ⁊ ſine cibo oīno cuſtodiuit donec. v. dies oīno trāſirēt: ſic ergo agentes ⁊ hoc facientes incaute nō potuerūt eruere a morte. In vtroqꝫ eniꝫ laborātē in fricatione. ſ. ⁊ vnctione ⁊ a cibis abſtinēdo in totis. v. diebus ꝑdiderūt hoīem ſine cā laborātes vtendo vnguētis talibus vel fricatione abſqꝫ menſura. exiccatuꝫ eſt corpus totum euentādo crudos hūores: ſꝫ neqꝫ ieiuniū cuſtodire debuit egrotās nec iterū multū nutriri ſed pauſare debuit pro ꝑte ⁊ non abſqꝫ menſura fricari. Ubi enim famē inducit̃ nō opꝫ ſuſtinere fricationis laborē. Queādmodū iſta oīa in his fieri indicaui. Neſcio eniꝫ ꝗd paſſus eſt Galenus ꝗ ſic ordinauit vt abſqꝫ mēſura fricationes fierent ⁊ de oleo ſicionio[i] eos vngi debere ⁊ ieiuniū cuſtodire ꝓcepit: ⁊ hyſſopū in apoçima eos debē ſimul cū modico mellis bibere ⁊ nihil aliō vſqꝫ ad. vij. dies adhibere iuſſit: aut[k] qualē ꝗdē alicui⁹ cōſiderauit[l] eē fortitudinē ꝟtutis que hoc ſuſtinere poſſet ⁊ ieiuniū ⁊ fricationeꝫ ſimul. Mihi aūt videt̃ ⁊ fricari mēſurate

a Fiunt vel augmentantur humores.
b .i. acuto.
c Scdm ꝗ eſt repletio.
d .i. icidat viſcoſitas.
e Per dietam.
f Lignum.
g Uirtus.
h Medicum.
i .i. radice cucumeris agreſtis. Jan.
k Neſcio.
l Galenus.

debere ⁊ iterū cū rōne nutriri ſꝫ virtutē cū ſucco ptiſane aut alice[m] cū oxymelle aut pane in vino infuſo. Qd̄ ſi fortis virtus egrotātis vt hoc vtrūqꝫ[n] a nobis agendū eſt. Qūo eniꝫ diaforeſis[o] plenitudinis eſt faciēda per fricationē ſic iteꝝ cib⁹ dādus eſt ⁊ vt digeſtio ſubſequet̃[p] ⁊ anadoſis[q] fiat. Sic eni ⁊ virtus cuſtodiri pōt ⁊ crudus humor bñ digerit̃. ¶ De vino. Uinū aūt in febriū cā[r] nō opꝫ dari. Ad plenitudineꝫ aūt mãe crude dari opꝫ ſꝫ nō multū. Sit ergo vinuꝫ tenue ⁊ nā caliduꝫ ⁊ anadotū[s] ⁊ nihil in guſtu hñs in ſe ſtipticū aut dulcoris. Tēperatū[t] igit̃ ſit nec nimis nouellū aut vetuſtū. Neqꝫ vero colore ſit nigrū ſꝫ magis ſubrubeū aut albū cōſtitutione ⁊ tenue qd̄ anadoſim[u] citatā faciat per venas ⁊ totū corpus percurrat. Hoc aūt maxime cā ꝟtutis dari dꝫ ne cadat ꝟtus ⁊ ne ꝑdita ꝑclitet̃ reuocare ſe ſtringēs. Itē de balneo ⁊ cibo. Opꝫ aūt eos ꝗ laborāt ex crudo humore ⁊ ꝑclitātur ſyncopo: citius duci ad balneū. Qd̄ ſi adhuc materia pinguior ſit ⁊ multa ⁊ nōdū ſit extrenuata nō pōt ſimpliciter diaforeſim facere: ſꝫ magis ex hꝫ cōſtringitur ⁊ febres exinde augmētant̃. Iā aūt extenuato humore ⁊ digeſtione aliqua egritudinis apparente: tunc opꝫ ad balneū duci ⁊ nutriri paulatiꝫ calefaciētib⁹ cibis: quales ſunt porri bene cocti cū appomellito[x] ⁊ piſces aſpratiles ſuimꝫ fluuiales qui dicunt̃ anadronꝫ cū oxymelle aut domeſtici pulli aut de gallinis aſſelle: vt⁹. n. ex his augmētat̃. Ceteꝝ vero ⁊ alios poſſe eſt[y] ſumere ꝗ ampli⁹ nutriūt miſtratos cibos: ꝗ abſqꝫ leſiōe ſyncopos patiētib⁹ ex cholib⁹ ⁊ tenuib⁹ hūorib⁹.

¶ De cholerica paſſione. Cap. XXV.

Si cholericā paſſionē voluerit aliꝗs ꝓhibere ꝑ vomituꝫ cuicūqꝫ ex repletione fit anteꝗ̄ corrūpat̃ cib⁹ vrgeat̃ patiēs vt vomat. Prohibebit̃. n. paſſio ſi mulſaꝫ accipiat aut aquā tepidā aut vomat. Et poſt hec fomētet̃ oleo veteri ⁊ coopiat̃ lanis. Et poſt hoc dormiat multo tp̄e ⁊ plus cōſuetudine. Si aūt ꝑ iferiores ꝑtes cū cōſtringi extimaueris euacuabis nō ſoluꝫ q̄ corrupta ſunt: ſꝫ aliamā euacuet̃ de corpe que ledere pōt. Si aūt mordicatio nimia ſubſequat̃ mulſaꝫ[z] bibēdā dabis ⁊ tēperabit dolorē. Si aūt leuiores fiūt[&] obtūdet eos aq̄. Si vero nō ꝓhibeat̃ effuſſio ⁊ abſqꝫ mēſura euacuet̃ ⁊ in ſpaſmos icidēs ꝑclitet̃: ⁊ extreme ꝑtes frigide fiāt: ⁊ frigide ſudet artificioſo indiget vſu ⁊ vix ſic cōſtitutus a medicis erit[ↄ] ſan⁹. Si aūt ꝑſens nō adſit[ꝝ] medicus vt faciat q̄ expediūt: huic ergo aut faſciolis[aa] aut lanis extremas ligari opꝫ ꝑtes ⁊ fricare loca que frigida facta fuerūt cū pipe ⁊ nitro: aut irino oleo: aut aliꝗbus coꝝ aut ſitionio[bb] oleo cū caſtoreo. Hec eniꝫ ad ſpaſmos ſbueniūt. Dabis aūt poſt hec cibos. Et ſi eos vomuerit dabis iteꝝ aliꝗd qd̄ ꝯfortet ſtōchū. i. poma aut pira aut vuas aut aliꝗd tale. Maxie tñ vinū cholericos[cc] iuuat fortitudinē adducit ⁊ ſepi⁹ ſpē ſalutis ꝑſtat. Calore. n. in ꝑcordijs multo ⁊ pectore cōſiſtēte infrigidādus eſt: ⁊ oleo roſeo īfuſuꝫ ſuppones lintheū. De alphita[dd] vero cū oleo ro. trito ⁊ ſapa[ee] cataplaſma impones. Dabis aūt ⁊ aquam frigidam ſuper bibere.

¶ Curatio ſi ex cholerico ⁊ tenui hūore ſyncopis fiat. Caplm. XXVI.

Qui aūt ex cholerico ⁊ tenui humore ſyncopos patit̃: manifeſtū eſt vt ecōtrario curet̃. Opꝫ aūt ⁊ adhiberi q̄ conſpiſſent ⁊ nō euentent aut diaforeſim faciant. Dieta igitur eis expediens eſt de alica.

m Alica eſt gen⁹ frumenti: ꝗdaꝫ ſpeltā putant.
n .i. dietatio ⁊ fricatio.
o .i. reſolutio.
p Faciendū eſt.
q .i. diſtributio cibi.
r Als cura.
s Penetratiuꝫ cito per corpus diſtributiuum.
t Uinum.
u .i. diſtributionem.
x Qñ fauus mellis in aq̄ lauat̃ aqua illa appomel dr̄. Jañ.
y .i. conueniens.
z Aquā mellis.
& Mordicationes.
ↄ .i. curari poterit.
ꝝ Medicus.
aa .i. paruis faſcijs.
bb Oleū ſitionū eſt oleū de radice cucumeris agreſtis.
cc .i. cholericam paſſionē habētes.
dd .i. vino cocto vſqꝫ ad cōſumptionē duarum partium.
ee .i. faria ordei.



alica[a]. Et panis cū hydroroſato[b] eidē dandus eſt aut cū onfaco[c] melle. Et galloꝝ teſticuli ⁊ lacte ⁊ intiba[d] ⁊ aſtacus[e] ⁊ pectines[f] ⁊ yſicia[g] ⁊ echinus[h] ⁊ aſtacō[i] ⁊ mala[k] ⁊ nuces ⁊ pira. Hec enim danda ſunt ⁊ nō de ſubito ſꝫ per partes dari debēt. Et hoc qd̄ dabit̃ rōnabiliter fiat vt nō a cibo grauet̃ neqꝫ ſyncopus exagitet̃ cū cibus fuerit miniſtrat⁹ ſꝫ magis virtutē augmētet. Uinū aūt his aquoſuꝫ opꝫ dari quale eſt guidiū a loco: aut ſarapticiū[l]: aut bitiniū[m]: aut ſabinū[n]. Non aūt vetuſtū ſit tp̄e ſꝫ bibat̃ aquoſuꝫ ⁊ nō purū. Utat̃ etiā ⁊ vnctione que in ſe nō habeat calaſticuꝫ aliꝗd ſꝫ ecōtrario que cōdēſet cutē ⁊ ꝯfortare poſſit: quale eſt oleū milinū. Et ſupſperges puluerē ſilr̄ factū q̄lis eſt qui de florib⁹ fit roſarū ſiccis: aut ex ipſis roſis ſiccis. Et hec magis cā ſudoris[o] facies. Qd̄ ſi amplius fuerit ⁊ ſyncopo iſta laborans ⁊ in longā venerit imbecillitatem virtus eius ſic ſudantis deficiet.

¶ De anguſtijs ⁊ malfactionibus. Cap. XXVII.

Quoniam quidē ⁊ anguſtie contingunt infirmātibus ⁊ inferūt ſyncopos ⁊ deyciūt virtutē deſubito: ꝯuenit ergo in ſequēti ⁊ de hoc dicere modis catholicis[p]. Que ergo nobis a Galeno ſunt tradita huic addidimus, libro de anguſtijs ⁊ malfactionibus[q]. Hāc ergo cām[r] de anguſtijs tp̄s eſt dicamus. Querele aūt ipſarū ſunt plurime. Sigillatim ergo vniuſcuiuſqꝫ earū ꝓprie ſunt curationes ponēde. ſcribere eni nūc de oibus nō eſt neceſſe q̄ per ſingulas incidunt paſſiones: qꝛ nō pñt abſqꝫ ſua curatione ſanari. Tamē nūc in hoc pñti libro dicemus quātū ad curationē ſufficiat his ꝗbus ſubitanee ſunt acceſſiōes.

¶ De his qui ſubito euacuati anguſtias patiuntur. Caplm. XXVIII.

In cholerica aūt paſſione ⁊ diaria vel alijs ꝗbus fuerint ſubitanee euacuationes, de his ꝗ oibus anguſtiātib⁹[s] aqua frigida in facie eſt rorāda. Et nares trahēde ſunt ⁊ ſtomachus fricādus eſt ⁊ vomica eſt mouēda miſſis in ore digitis aut pēnis in oleo intinctis. Sed eorū manus ⁊ coxe ligande ſunt. Eſſe aūt opꝫ amplius fortiores[t] in ſupioribus partibus ſi inferius decurrit, inferius autē ſi ſupior pars fluit. Succurrit aūt vinū cū aqua frigida tēperatū ⁊ in potione datū[u] in ſubitaneis euacuationibus anguſtiant̃. Maxime autē de ventris fluxu reumatiçātibus vtile eſt. Ad ſanguinis vero fluxū magis cōmotiones facit[x]. Et quicūqꝫ multum ſudātes[y] anguſtiant̃[z] ꝯriū[&] eſt. Semꝑ aūt eis q̄ ſtiptica ſunt ⁊ frigida ſunt dāda ⁊ nō que laxent cutē. Uinuꝫ aūt eis maxime frigidū dandū eſt ⁊ nullo mō calidū eſt offerendū. Sed neqꝫ ligāde partes inferiores. Neqꝫ cogēdus eſt vt vomat ſꝫ tranſitū ſpūs[ↄ] artificioſe cōuenit facere: ⁊ aerē cubiculi demutare vt frigidis ⁊ ſtipticis fiat q̄litatibus, i. de mirthis ⁊ vitiū palmitibus ⁊ roſis ſtratum facies pauimentū. Hec eniꝫ nō eſt vtile quibus vēter reumatiçat: augmētat enim reuma quātum cutā condenſat. Quibus vero ex euacuatione anguſtie perueniunt hoc mō opꝫ adiutorij adhiberi.

¶ Quibus de plenitudine anguſtiant̃. Cap. XXIX.

Qui vero ex multitudine humoꝝ anguſtias patiunt̃ nō ſunt ſimiliter curādi. Sed fricāde ſunt illis ꝓpter ſanguinis habūdātiā coxe calefaciende ⁊ ligāde. A cibo aūt ⁊ vino abſtinendi. Et a balneo ſi febriāt. Sufficit aūt eis mulſa[ꝝ] in potu

a Alica eſt gen⁹ frumēti: ꝗdam ſpeltā putant.
b .i. aquaro.
c Onfacon mel ē mixtura duarū partiuꝫ mellis ⁊ vna ꝑte vue acerbe. Jañ.
d .i. endiuia. Ja.
e Piſcis eſt.
f Piſces ſunt.
g Yſicia ſunt cū carnes aut piſces in aqua coquuntur: poſtea ponunt in aceto ⁊ ſuperaſpergunt ſpēs.
h Piſcis eſt.
i Piſcis.
k .i. pomā.
l A loco.
m A loco.
n A loco.
o Ucandi. ſ.
p .i. cōibus.
q .i. ſyncopibus.
r Als curam.
s .i. ſyncopiçātibus.
t .i. ligaturas.
u Dis.
x Uinum.
y .i. ſyncopiçant.
z Dis.
& Uinum.
ↄ .i. aeris recentia.
ꝝ .i. aq̄ mellis.

data. Dabis aūt potionē i apoçimate[aa]. De thimo aut origano aut pulegio aut hyſſopo: vtile ē āt eis oxymel.

¶ Ad eas que ex matrice anguſtiantur. Cap. XXX.

Eas vero que ex matrice anguſtiātur ſimiliter curabis ⁊ ꝑ oxymel. Ligaturis aūt ⁊ fricationib⁹ vtere in coxis magis ꝗ̄ in manibus. Et ventoſas appone. Quibus aūt dolores ſunt in matrice ⁊ in inguinibus ⁊ coxis odoramēta fetida apponimus naribus. Ad os aūt matricis odores ſuaues applicamus ⁊ que calefaciunt ⁊ laxare poſſunt medicamenta adhibemus.

¶ Ad eos ꝗ ex defectu ſtōachi anguſtiant̃. C. XXXI.

Si infirmus eſt ſtomachus ⁊ ex hoc anguſtias patiūtur cataplaſmabis: talibus vtimur ad ſtomachū que corroborare poſſunt. Qualia ſunt de dactylis ⁊ vino ⁊ alphita ⁊ croco ⁊ aloe ⁊ maſtice. Embrocabis autem de abſinthio aut de oleo milino[bb] ⁊ de nardino oleo.

¶ Ad eos qui de cauſon anguſtiant̃. Cap. XXXII.

Si aūt nimius ardor ſit in ſtomacho admiſcebis aliquid cataplaſmati ſupraſcripto de his que infrigidare pñt: quales ſunt cucurbite ſuccus ⁊ lactuce ⁊ portacle[cc] ⁊ vue[dd] canine ⁊ intibe: ⁊ vue acerbe ſuccus. Hec enim nō ſolū infrigidāt ſed ⁊ reprimūt. Necnō ⁊ aqua frigida eos quoꝝ ſtomach⁹ cauſon patit̃ iuuat ſepius in tp̄e cōpetēti data: nā fortiter nocet ſi in tp̄e cōpetēti nō detur. Sed opꝫ magis dari vinū calidū ſtomachū frigidū habētibus ſi nihil aliud prohibeat. Iuuat autē eos magnifice ſi in extremis partibus fricatio fiat. Eos autem qui cauſon patiuntur ad balneum citius duces.

¶ Ad eos ꝗ de frigido ſtōcho anguſtiant̃. C. XXXIII.

Qui vero frigiduꝫ ſentiunt ſe habere ſtomachuꝫ his diatriō pipereon dabis antidotum. Et ipſum ſolum piper ⁊ abſinthium bibere debent.

¶ Ad eos qui de peſſimo humore in ſtomacho mordicationem patiuntur. Cap. XXXIIII.

Qui aūt de peſſimis humorib⁹ mordicationē in ſtomacho patiētes anguſtiant̃: dabis eis aquā calidā aut ydroleon ⁊ vomere iubebis ſi facile vomant. Si aūt nō facile vomāt calefacere opꝫ prius ea que circa ſtomachuꝫ ſunt loca ⁊ pedes ⁊ manus. Et ſi nec ſic vomant digitis aut penna in ore miſſis: irritabis vomicā in oleo miſſa aut intincta. Et ſi nec ſic vomuerint iterū eis oleuꝫ calidum ꝗ̄plurime dabis bibere. Solet aūt ſepius nō ſolum mouere vomitū ſed ⁊ ventrem laxare ⁊ hoc nō parua vtilitas eſt ad pñs. Qd̄ ſi volūtarius[ee] fuerit ventris orificiuꝫ artificioſe moueri opus eſt. ⁊ maxime cū ꝑtās eſt mouere. Demū ēt oīno corroborāda ſunt loca ⁊ extrinſecus adhibēda abſinthij herba. Et decoctio eius potui danda: non quidē ab initio iubeo dare eā: ſed poti⁹ taꝫ purgatiōe vētris facta ſublato humore vt nō ꝯſtipet̃ ſed ſufficiat ſolū calefacere ſicut iā antea dictum eſt.

¶ Si ex flate in ſtōcho anguſtias patiunt̃. C. XXXV.

Flegmate autē multo ⁊ frigido in ſtōcho collecto fomētādus eſt mlto oleo in quo decoquat̃ anhetū ⁊ abſinthium. Et poſt hoc mulſaꝫ dabis bibere vbi coques hyſſopi aliquā

aa .i. decoctione de thimo.
bb .i. d cydonijs.
cc .i. portulace.
dd .i. ſolari.
ee Eger. ſ. ad vomitum.

culum ⁊ anbeti ⁊ aliquid tale in oxymelle infuſuz dabis bibere. Sed ⁊ de pipere antidotũ diatriõpipereõ ⁊ electuarium diaſpolitem: ⁊ his ſimilia.

¶ De dieta ad eos qui ex flegmate in ſtomacho anguſtiantur. Caplm. XXXVI.

**A**Anguſtiantibus autez nimis ſi fort₃ ſit frigor ⁊ crudus ſit eis dieta que incidat frigorem anguſtiãtibus: ⁊ maxime ſi nimis ſit fortis ⁊ crudus illis quos ſanare volueris omnino calefaciendi ſunt. Quibus vinum calidũ temperatum dabis ⁊ cibus qui calefacere ſolent ⁊ fricare oportet ⁊ calefacere ad ignem.

¶ Ad eos qui ex calore anguſtiantur. Cap. XXXVII.

**S**I autẽ ex nimio calore aeris fiãt anguſtie que infrigidare ⁊ corroborare poſſunt ſunt adhibenda. Contingit hoc maxime his qui in aere ſuffocata: ⁊ in balneis multo detinent̃ tpe. Cõfortat igit̃ eos ſtatiz aqua frigida data ⁊ auras frigidas iube fieri: ⁊ frica ſtomachum: ⁊ iube euz vomere. Et poſt hec vinum dabis bibere ⁊ cibos iubebis accipere.

¶ Ad eos q ex inflãmatiõe anguſtiant̃. C. XXXVIII.

**Q**Ui aũt ex magnitudine inflãmationis ⁊ de febre malicioſa malficiunt[a] in acceſſionibus cum infrigidatione pedes calefaciendi ⁊ fricandi ſunt fortiter. Et extreme partes ſunt ligande ⁊ dormire iubebis. Et ab omnibus cibis abſtinere ⁊ potione. Optimum autem eſt preſcire quod futurum erat ante acceſſiones.

¶ Ad eos qui de ſiccitate vel inanitione ſyncopim patiuntur. Caplm. XXXIX.

**I**N cõmotione autẽ febriũ optimuz eſt preſcire futuram acceſſionez: ⁊ ſic ante duas horas aut tres ante acceſſiones nutries. Et continere[b] facies pedes ⁊ manus ⁊ iubebis nõ tm̃ ſicut oportet cibos dare bene digeſtibiles: ſ₃ bene coctos ⁊ euanadotos[c]. Et ſi in acceſſione nimiũ periculum eſſe conſideraueris in acceſſione vinuz dabis: maxime ſuper alicam[d] coctam vinum ſuperfundes ⁊ dabis. Si ṽo hoc non eſt[e] panem dabis infuſuz vino: ⁊ pro alica ſi dederis panem equaliter preſtat[f]. Mediocribus autem habentibus ſyncopiz: pretactos cibos non oportet dare. Sed ſufficit tunc malagranata: aut pira: aut mela[g] aut aliqđ aliud pomorum ſtipticorum his admiſcere. Sin autem[h] mediocris eſt cõmotio iterum nutries de pomo. Hec igitur preuidens ages ne futuram ſuperſinas[i] paſſionem: ⁊ deſubito in periculum incidant. Uinum ṽo dabis ⁊ panem ⁊ alicam cum eo modice omnino. Si autẽ amplius dederis non facile coctos cibos ſyncopes patientur neceſſe eſt ⁊ ſuffocationem.

a .i. ſyncopiʒant.
b .i. gectos ⁊ coop tos tenere.
c .i. bñ diſtribuibiles ⁊ cito ab eu qđ eſt bonuz ⁊ anadoſis qđ ẽ diſtributio.
d Alica eſt gen⁹ frumenti qdam ſpeltam putãt.
e .i. habetur.
f .i. valet.
g Eſt fructus arbor) magne maior pipe ſuauis guſtu. Jañ.
h Pro ſed ſi.
i .i. dimittas euenire.

¶ Si de anfraxi in dominio corporis exiſtente anguſtiantur. Caplm. XL.

**Q**Uibus ex anfraxi cõſtipata loca vitalia anguſtiant̃ oxymel dabis. Sed ⁊ hyſſopum ⁊ origanum ⁊ pulegium ⁊ mulſam coctum apoçima dabis. Et potus ⁊ cibus qui amputare cãm poſſunt, ſunt miniſtrãdi. Et fricare iubebis ⁊ ligare extremas partes in coxis non in manibus. Optima tamen ſunt eis diuretica: qualia ſunt de anbeto ⁊ feniculo ⁊ apio ⁊ dauco ⁊ ſpica nardi: ⁊ ameos confecta. Quibus autem manifeſta iuuamina eſſe cognoueris vino vteris tenui ⁊ albo non ſatis veteri.

¶ Signa anfraxis. Caplm. XLI.

**C**Ognoſcis igitur anfraxim his ſignis qꝛ pulſus omnis inequalis[k] eſt ⁊ maxime in medio parua motio eſt ⁊ citata ⁊ amidrocida. Si ṽo[l] non preſentes ſunt que vocãtur plectorie concurtiones[m]. Sunt autem ex illis qui fiũt minimi de magnis ⁊ maioribus pulſibus in talibus paſſiõib⁹.

k .i. ĩbecillis ſeu debilis vt galenus exponit in libro de differẽtijs fe.
l Eſt pua motio.
m Plectreoli plectorice repletiones.

¶ Ad eos qui de inciſione vulnerum vel effuſione puris anguſtiantur. Caplm. XLII.

**Q**Ui aũt euacuatione ſubita facta hydropicis anguſtiantur: aut ex ructione vulnerum vel effuſione puris[n] oportet vt odoribus releuentur: ⁊ ſic poſtea ſorbitionibus nutriantur.

n .i. ſaniei.

¶ Ad eos qui ex triſtitia: aut gaudio: aut dolore anguſtiantur. Caplm. XLIII.

**S**I quis autẽ ex triſtitia: aut gaudio: aut ex aliquo dolore: aut ex ſimilibus, i. timore: aut percuſſione anguſtiantur prius odoribus eſt reparandus. Deinde vomere cogimus[o]. Silr autez ⁊ eos qui de plagis ⁊ doloribus anguſtiantur in articulis fuerint vulnerati: ⁊ neruus iciſus ⁊ his ſimilia: quales ſunt tenuitates, i. muſculi maxillares ſtatim reparari op₃ poſtea ṽo cõpetẽtẽ paſſiõi facere curationẽ.

o Eum.

¶ Ad eos qui de ylei dolore: aut coli[p] anguſtiantur. Caplm. XLIIII.

**S**I vero cholica vel ylei paſſiões ſiue alia aliquos inferant dolores ⁊ anguſtiãtur calefactione ſunt magis relaxandi.

p .i. cholice.

¶ Ad eos qui imbecilli virtute facta anguſtiantur. Caplm. XLV.

**Q**Ui aũt ex imbecillitate virtutis anguſtiantur malficientes[q] ſi ex quadã diſtẽperãtia vitaliũ locorũ principalium virtutes debilitent̃ reparãde ſunt ex his[r] quibus cõtraria cõtrarijs cõuenit curari, i. calefacere que infrigidata ſunt: ĩfrigidare ṽo ea loca que calefacta ſunt plus a rõne ⁊ humectare q̃ ſicca ſunt ⁊ deſiccare que humectata ſunt. Si aũt çoticis[s] virtutis que vocat̃ ſpũalis: aut vitalis que eſt in corde imbecillis facta eſt: cognoſcit̃ ex pulſu arteriaꝝ abſq₃ mẽſura facto qđ greci amitroma vocant, i. non tenẽtẽ mẽſurã. Si autẽ ex epate virtus q̃ ꝓcedit ⁊ in nobis ſanguinẽ nutrit[t] quã greci cepticam vocãt: nos aũt nutribilẽ dicere poſſumus deficiat ſanguinẽ ꝑ vẽtrẽ faciũt, poſtea ṽo velut pinguẽ faciũt[u] feculẽtum. Si aũt cerebri virtus deficiat quã ſichen greci vocãt: nos aũt aiaz[x] nũcupam⁹ volũtarias motiões ĩfirmas factas in nobis eſſẽ cognoſcas. Unicuiq₃ autez ſm q̃ fuerit paſſio adhibe vt dictũ eſt cõpetẽtẽ curationez.

q .i. ſyncopiʒantes.
r Modus. ſ.
s .i. vitalis a çoe qđ eſt vita.
t Alſo minit.
u Patiẽtes. ſ. huius ṽtutis debilitatẽ q̃ in epate eſt.
x .i. aialez ṽtutẽ.

¶ De ethicis febribus. Caplm. XLVI.

**C**Um ergo abſq₃ menſura plus a ratione arſerit corpus ⁊ ignita febris fuerit in ipſis ſtereis, i. neruis q̃ in nobis cõſiſtẽtes firmiores ſunt in corpe nr̃o qđ greci ſtererea vocãt: aut ov mon humoreſq₃ qui in ipſis ſunt euẽtati[y] vel cõſumpti ſunt. Adhuc ⁊ ſi quid in ipſis eſt relictũ qđ ſaluari poſſit ⁊ hoc ſemꝑ ardẽs nunq̃ declinet[z]: tũc ſpẽs ipſa febris ethica nominatur donec conſumatur totum.

y Alſo cũati.
z Abardor. ſ.

¶ De maraſmode.

¶ De maraſmode[a]. Caplm. XLVII.

**S**I igitur ꝯſumpta carne incipit fieri maraſmodus ⁊ ſi ꝑfecti⁹[b] ⁊ nõ cũ horrore[c] ꝯſiſtit febris vix curabilis eſt. Unde ſiqs ethicus adhuc fit aliquãtus[d]: tñ nõ facile ſanabilis, ſi aũt cũ horrore[e] vt iã inſanabiles fugiam⁹ quaſi nõ ſanent̃. Cautius ergo cõtẽplati ſumus cuiuſq₃ ſpẽm vt aliud ab alio diſcernere ⁊ diligenter cognoſcere poſſimus.

a Maraſmos grece ꝯſumptio ſubſtãtialis humiditatis vt fit in tertia ſpecie ethice ⁊ in puſi. Januẽſis.
b .i. manẽte figura mali vultus.
c .i. horrẽda facie ⁊ hypocratica vt ſint oculi ꝯcaui ipora plana aures frigide ⁊ ꝯtracte ⁊ pulpe capitis ⁊ frõs arida ⁊ tenſa.
d .i. aliquãtulum in ethicã ꝓceſſit.
e Fiunt ethici.

¶ Quomodo op₃ cognoſci ⁊ diſcerni ab effimera ethicam febrem. Caplm. XLVIII.

**E**Thica febris ⁊ effimera de procatarticis[f] cauſis ꝯſiſtũt[g] ⁊ nõ ſemꝑ trãſmutant̃ quaſi ex putredine facte. Scire op₃ ẽ qꝛ q fit calor in ethica febre acer eſt ⁊ ſiccus. In effimera aũt mediocris ⁊ citi⁹ accidit. Tactui etiã quodãmodo ſubiacet[h]. Quas[i] etiã in vrinis facili⁹ determinare poteris. Si igit̃ ꝑfecta digeſtio in initio tibi apparere vĩ tũc effimerã febrẽ eẽ exiſtimabis. Tropis[k] aũt aliqb⁹ factis in digõne[l] neq₃ putredine apparẽte ethicã op₃ exiſtimare febrẽ. Sed ⁊ ex pulſu cogſcere poteris ethicã eſſe feb. Magn⁹ eni pulſus ⁊ citatus eſt in effimera febre, paru⁹ aũt ⁊ amidros i ethica feb. Amidros autẽ pulſus dĩ defectus: q ſolutã h₃ ṽtutẽ ⁊ percuſſionez facit imbecillẽ[m]. Ceteris ṽo ſignis manifeſtãtibus determinat̃ ab alijs: qꝛ hora trãſacta decima aut. xij. permanet: ethica magis exiſtimanda eſt eſſe febris.

f Primitiuis.
g Aliquando.
h Diſcretio ſcil₃ ethice ab effimera.
i Ethicam ⁊ effimeram.
k .i. ſuberſionibus.
l Urine ſc₃.
m .i. ĩbecillis ſeu debilis. Gal. in lib. de differentijs febrium.

¶ Qũo diſcernẽda eſt ethica a putrida. Cap. XLIX.

**S**I quidẽ omnes febres putride hñt declinationẽ, ethica ṽo febris manifeſte equalis eſt in augmẽto ⁊ in ſtatu ⁊ nõ declinat: manifeſte ethica febris exiſtimãda eſt. In ſyncopis aũt febrib⁹ augmentatur ⁊ minuitur. augmentatur[n] igit̃ in ſtatu, minuitur autem in declinatione.

n Calor.

¶ Qũo dijudicamus ſynochuz ab ethica. Caplm. L.

**S**Ynoche eniz febres ſ₃ hoc mutari[o] vident̃: eo q̃ ipſe nec creſcunt nec minuunt̃. Pulſus ṽo in ſynocha febre nõ ſũt ſicci ⁊ acres: ſicut ⁊ in acuta febre: ſed in ſũmitate magis apparẽt ⁊ veloces in ſynocha febre pulſus ſunt, in ethica ṽo febre ſunt parui ⁊ amidros[p]. Sic ergo omnes febres ex putredine dijudicare poteris ab ethica febre.

o Ethicam.
p .i. defectiui.

¶ Signa ethice febris. Caplm. LI.

**M**Arimum aũt ſignũ eſt in ethica febre q̃ poſt cibũ augmẽtati calores videt̃: ſ₃ nõ eſt[q] augmẽtatio: ſ₃ elegoſim, i. euacuatio caloris exterius abſcõſi in ꝓfundo. Contingit enim in his fieri aliquid tale quale in calce viua videmus: qũo enim aqua ſupermiſſa calx accendit̃: ſic in ethica febre accepto cibo accenduntur in profundo ſterea[r].

q Uera ⁊ ꝓpria.
r .i. ſolida membra.

¶ Signa ethice qũo tranſmutatur in maraſmoydem. Caplm. LII.

**M**Araſmode febris ſigna ex ipo ſolo vultu, i. in facie oĩa manifeſtant̃. In ꝑmis eni flos ipſe in colore iã nõ viu⁹: ſ₃ nigrior eſt ⁊ ſiccus vult⁹ ⁊ guſtus ex nimio febriuz ardore vĩ: ⁊ cutis fortiter in facie tẽſa eſt: ⁊ pulpe graues ſũt ſicut eoꝝ q dormiũt. Nõ eſt aũt ſomn⁹ ſ₃ magis impoſſitas leuãdi palpebras: ⁊ in maſculis eſt defectio vrĩ ⁊ lippos i ipſis oclis hñt: ſiccas aũt hñt ĩbecilleſq₃ ṽtutes nãles. Et hypocũdria tẽſa: nõ qdẽ ipſa tẽſa in veritate: ſ₃ mẽbranũ hypocũdrie, i. ꝑcordie tẽſuz eſt. Pulſus aũt ſũt duri in ipſa querela ⁊ ſpiſſi ex ipſa neĉitate ⁊ amidros ex ipſa imbecillitate ⁊ exigui, pp qđ neq₃ in latitudinẽ extẽdi pñt. Quid. n. op₃ dicẽ alia ſigna qñ hec manifeſtare nobis pñt ipaz paſſionẽ. Maraſmos[s]. n. ſi fuerit modica ethica mediocri manẽte in initio curat̃. fortiori aũt iaz exñte non curat̃: ⁊ qñ adhuc nimia exñs maraſmodis facta eſt paſſio nõ curat̃. Oĩa ẽ ethice febris ſigna hic diximus: nunc aũt ad curationem veniamus.

¶ Maraſmon grece ꝯſumptio ſubalis humiditatis: vt in tertia ſpẽ ethice ⁊ in puſi. Jañ.
s .i. conſumptio nãlis humiditatis.

¶ Curatio ethice febris. Caplm. LIII.

**Q**Ui ethicas febres voluerit bñ ꝓcurare humectare: ⁊ infrigidare cõtẽdat: ⁊ oĩs dieta ſit humida ⁊ frigida: ꝓpea q̃ vndiq₃ hñt debilẽ habitudinẽ corpis ⁊ ĩbecillitatẽ nutrimẽti: vt in ꝑmis ipſa ſterea poſſint infundi: q̃lia ſunt q̃ infrigidãt: diuerſa. n. ſũt ṽtute que ſolẽt ĩfrigidare. Hec qdẽ q̃pluri me infrigidãt: illa aũt ampli⁹: alia aũt minus valere dñr ad infrigidãdum. Sciẽdũ quoq₃ eſt: qꝛ ſunt qbus aquã frigidã op₃ dare: aut aliqđ aliud frigiduz ⁊ qbus plus ⁊ qbus min⁹: ⁊ qb⁹ nullo mõ põt dari. Et ipſum tp̃s attẽdẽdũ eſt: ⁊ qbus[t] intrinſecus[u] aut extrinſec⁹[x]. Hoc enim nobis ꝓuidẽtibus ad curandũ ethicam febrem: etſi difficilis ſit ad curationẽ facilis efficitur.

t Egris.
u Dãdũ eſt aqua ad bibendum.
x Ad lauandũ.

¶ Quib⁹ nõ op₃ dari potũ aque frigide. Cap. LIIII.

**C**Ontemplari igit̃ op₃ ſi nõduz inflãmatio ſit in precordijs magna aut aliq̃ putredo appet eſſe in venis aut crudus humor. Contingit enim vt ethica ſit febris ⁊ aliquã in ſe colligat putredinẽ. Si ergo fuerit aliqd tale aqua frigida ꝓhiberi dꝫ: ⁊ maxime cui ſine digõne aliqd in vrinis appet: ⁊ neq₃ ignita eſt inflãmatio nec opepreciũ[y] magnum apparet: adhuc aũt ⁊ ſi virtus eſt imbecillior.

y .i. auxiliũ vtilitas.

¶ Quomodo op₃ aquam frigidã dari. Cap. LV.

**S**I quando[z] cũ inflãmatione ignita tibi videt̃ eẽ[&] ex cholerico ⁊ heriſipilatoidis danda eſt frigida aqua. Ego eni ſcio dediſſe talr hñtib⁹ ⁊ nimis ſitiẽtibus aquã frigidã ⁊ magnifice iuuati ſunt. Sed ante ꝑdices qꝛ diuti⁹[?] laboraturus eſt. Nõ ſi cõueniat[ꝫ] quidẽ ad recuperandũ infirmũ: effugi[aa] tñ ex quo[bb] incidebat augmentuz febriũ, i. in maraſmodẽ ethica febris. Si ergo cũ putredine aliq̃ eſt: ⁊ maxime ſi cauſon fuerit febris dari op₃ aquã fridaz. Et nõ ſimplr in his agenduz eſt: ſed cauſa digeſtionis iam vtilis in vrinis apparente tunc dari conuenit.

z .i. aliquando.
& Ethica.
? .i. ꝓpter cruditatem materie.
ꝫ Aqua frigida.
aa Dare aquam.
bb .i. dum ethica fe. incidebat in maraſmon: qꝛ ṽtus nimis debilis erat ad ſuſtinenduz potũ aque frigide.

¶ Si tranſmutata ſit ethica febris in maraſmode. Caplm. LVI.

**S**I autez trãſmutet̃[cc] acuta paſſio[dd] in ethica efficit̃[ee] maraſmodis: q̃plurime eni[ff] minime curamus ſed nec hñ. Cauſonides[gg] ſunt febres qb⁹ iam maraſmodes efficiunt̃ ex ethicis. Si. n. aliqd hoꝝ[hh] ꝯtigit remoueri[ii] op₃ potũ aq̃ fride: ⁊ maxie ab his q tenues[kk] plus rõne facti ſũt. Nimis. n. extenuatũ corp⁹ ⁊ iã ibecille ⁊ ſine carne effectũ ⁊ tp̃s in q̃ aſſũpta eſt ex intẽperãtia cauſon febris neĉe eſt vt duplex ſequat̃ leſio. Etenim obtuſa ṽtute fortiter in ꝑditionez vadit ĩfrigidato corpe ⁊ pene ꝑdit̃ innat⁹ calor quẽ infiton greci vocãt. Siĺem ẽ ſeni factũ maraſmos merito greci emioſogras dicũt: hoc eſt ex egritudine ſenex factus ⁊ non annoſitate. Frigidus enim iſte ⁊ ſiccus fa

cc .i. ſuperueniat.
dd Sicut cauſon.
ee Ipſa ethica.
ff .i. certe.
gg .i. cauniate plene.
hh .i. maraſmodum.
ii Propter ĩbecillitatẽ virtutis.
kk .i. macillenti.

ctus diſcernit ab ethica. Ethici eniꝫ nullo modo abſqꝫ ardore febriūt: ſꝫ neqꝫ eis que poſſunt infrigidare opꝫ hꝫ maraſmos: ſed magis vt humectet̃ ſimul ⁊ calefiat.

¶ Quomodo curari oportet ethicā in aqua: non poteſt aqua frigida dari. Caplm̃. LVII.

**Quomodo curare** opus eſt ethicum cui nō opꝫ aquā frigidā dari. Cataplaſmatibus igit̃ ⁊ embrocis ⁊ cerotis ad infrigidandum vtimur in omnibus ethicis febribus: ꝙoptime adhuc etiā magis ad eos quibus nō poſſumus aquā frigidam dare ⁊ quibus imbecilla virtus eſt aut ipſa ſine menſura[a] eſt ⁊ tenue corpus: ⁊ carnis amiſſionis eſt contēplatio[b]: ita vt nō ſit factus maraſmus ethica febris. Ab initio enim in patientibus locis naſcentes habet inflāmationes epatis ⁊ vētris ⁊ meſeraicarū ⁊ colli. Qd̄ ſi diuturna nō ſit inflāmatio: ⁊ matricis ⁊ thoracis ⁊ pulmonis ⁊ diafragmatis ⁊ in alys pluribus locis habēt inflāmationē. Opꝫ ergo ⁊ ꝓuidere ⁊ cognoſcere in qbus locis ꝯtingit vt ꝑueniret maraſmus febris ⁊ in ipſis magis adhibenda eſt curatio vt infrigidari ⁊ humectari poſſint ꝑ adiutoria vt qualiſcūqꝫ ſit extinguat̃ focus febris ignite. Multa enim ſunt que hoc facere poſſunt. Sed nihil eſt ſic operatiuū ꝗ̄ de oleo roſ. cerotū factū: infrigidat eniꝫ ⁊ humectat ſtereas[c] per loca ſingula mirabil̃r ⁊ cuſtodit oīno vt nō pereat qui in eis adhuc modicus ⁊ fugitiuꝯ humor videt̃. Habet ergo cōfectio iſta hec. cere. ℥. j. olei roſ. ℥. iij. ceram laua ſemel aut bis duꝫ[d] ſoluat̃ in aqua frigida ⁊ ſupmittes oleū: ſed cuſtodi ad ignē quātū vna hora eſt aut modicū plus aut minus donec ipſa cōmiſceātur bene: demū tolle ab igne ⁊ malaxa ita vt tepeſcat ⁊ infrigidet̃ ⁊ ſic mittes illud in mortario ⁊ teres: ⁊ tunc oleuꝫ roſ. mittes in mortario reliquum laua modice ⁊ aquā frigidā paulatim donec totū ibibat̃: ⁊ cōmiſceat̃ oleum roſeū in mortario ⁊ cū videris bene permixtuꝫ cū aqua ⁊ oleo. Et ſi albumen ouoꝝ volueris mittere adhuc vtilius operat̃ hoc adiutoriū. Sil̃r aūt ⁊ ſi ſuccuꝫ ptiſane admiſceas adhuc melius operat̃. Oportet frequēter mutare hoc medicamen cū lintheo inductū ⁊ non multum dare ne dum tardauerit amplius calefaciat: imbecillius enim cū fuerit remoratū diu efficit̃. Hoc vtiliſſimū eſt cerotū ſi ſicut dictū eſt eum mutaueris. Ego ergo hoc ſepius vtēdo inchoatos ethicos liberaui citius ⁊ non eſt permiſſa augmētari maraſmodis paſſio ⁊ ſic ceſſit ⁊ in his vti hoc ceroto non me piguit: ſed magis frequēter vſus ſum quādo qdem cerotum ſic ſuperpoſui. Aliqñ aūt molliꝯ faciēs ⁊ reſoluēs ꝙplurime cū aqua ⁊ oleo roſeo ex eo ſic ſicut vnguēto ei per totū corpus hoc adiutorio vſus ſum: ⁊ maxime in his mēbris quibus cōſumpta erat caro deſiccato iā corpore. Opꝫ aūt nō ſolū ſemel ſed ⁊ ſepius in die hoc ipſum vnguētuꝫ adhiberi: ⁊ maxime in viſceribꝯ plus vngi. Scd̄a vo vice ꝯñs eſt vt hoc qd̄ fuerit detergat̃.

a .i. effrenis caliditatis.
b Apparentia ad ſenſum.
c .i. ſolidas partes.
d Pro donec.

¶ De embrocis ⁊ dieta ad febres ethicas. Ca. LVIII.

**Embrocis autē** vteris de ſucco lactuce ⁊ vue canine[e] ⁊ portacle[f] ⁊ vue acerbe ſucco ⁊ cotilidonis[g]. ꝙoptime autem facis ſi ⁊ frigidos ſuperponere volueris ſuccos ſi eos antepoñas in aqua frigida aut innata[h] deponi facias. Si aūt aliqua inflāmatio eſt in locis vitalibus vel aliqua indigētia adde ſuccis oleū onfacinū[i] aut camomille aut roſeū aut omnia ſimul mixta adhibebis. Contēplari aūt opꝫ ne in thorace adhibeant̃ ſatis[k] frigida diu poſita adiutoria ſi forte nō aliqs ibideꝫ multus ſit ardor aut inflāmatio inherēs in hiſdē locis. Et ſi quidē[l] nō opꝫ tardare ne accidat ꝯturbatio. Propter quā rē multos vidimus nō mediocres leſiones: ⁊ nō ſolum reſpirāti ſed ⁊ vocis ex anhelitu ipſo abſqꝫ mēſura infrigidatōis cauſa: paſſos fuiſſe. ¶ De domo. Nec ſolū extrinſecus tēdēdū eſt adiutoria adhibere ea que infrigidāt: ſed etiā mechanica arte aer vel aure frigide ſunt ꝑparāde: vnde ſit in domo ſub diuo[m] ⁊ in pauimēto aqua multa ſpargat̃ frigida vt ⁊ cōfortari corpꝯ poſſit: ⁊ vt frigidior efficiat̃ aer: ſparſa enim aqua ſomnuꝫ ꝓuocat. Adhuc aūt melius eſt ſi ipſe trāſmutet̃ aer vt nō ſolū infrigidet ſꝫ ꝯfortet corpus. Et lidiū[n] de frōdibus facias in pauimēto: ⁊ deſup ſpargas aliqua que infrigidare poſſint: qualia ſunt roſa ſempuiua rubus ⁊ folia rubi ⁊ palmites ⁊ lētiſci ramus aut aliqd tale eorū que infrigidare ⁊ corroborare poſſunt. Et de hoc ipſo lidium[o] preparare: omnibus igit̃ ethicis talis aer ꝑparādus eſt: maxime his qbus ſit ſpaſmus[p] aut cor ignitum eſt. Ceteri vo per cibos ⁊ potus iuuari poterunt. Naꝫ illi frigido aere: iſti econtrario cibo ⁊ potu iuuari poterunt. Qd̄ ſi venter aut aliquid aliud tale patit̃ his ſi eſtus fuerit tranſmutare opꝫ aerem vt frigidus eſt. Si autem hiems fuerit: calidiorē oportet aereꝫ preparare. Qd̄ ſi ſemper frigidus ſit nihil pulmoneꝫ iuuare poteſt. Solum autē corpus mediocriter operari oportet ne plurimis calefiat cooperimētis ꝓpter qd̄ ⁊ incēdium expectet aliquod laborans.

e .i. ſolatri.
f .i. portulace.
g .i. vmbilici veneris.
h .i. in aq̄ ex niuē.
i .i. de oliuis immaturis.
k .i. nimis.
l Si ardor.
m .i. ſereno aere.
n .i. inſtr̄m quale fieri ſolet in feſtiuitatibus ⁊ ludis.
o .i. ſtramentuꝫ.
p Ex ſiccitate ⁊ inanitione.

¶ De balneo. Caplm̃. LIX.

**Balneum igitur** expedit q de ethicis laborant febribus ſi ſm̄ ſeipſas tm̃ ſunt: qbus aūt ex cōmixtis ⁊ putridis humoribꝯ conſiſtunt febres ledunt̃ tales ⁊ nullo modo iuuant: ⁊ maxime ſi querela indigeſtionis eſt ⁊ voluerit aliquis eos lauare nihil minus nocet. Sed inflāmatio ſi in vitalibus ſteterit locis ex modico[q] faciet[r] maius[s]. Scire aūt opꝫ quia illos ſolos iuuat balneuꝫ qui ethicas habēt febres ⁊ eos qui in frigida ⁊ ſicca ſunt diſtemperātia. Et illis ꝓdeſt qui ex egritudine in maraſmodem paſſionē incidunt: quos greci enoſugiras vocant. Hos ergo iuuat balneū qa ⁊ calore[t] ⁊ frigore[u] iuuari poſſunt. Et vt ſimpl̃r dicaꝫ ſi quis inculpabil̃r diuerſis modis ꝑparare balneū potuerit ad oēs ꝯdiſtēperantias ſi in cōtrarias partes vtat̃ facere ſanitateꝫ poterit. Aerē balnei facias tēperatiuū ⁊ ſolū ſimil̃r tēperatum. Et vngat̃ de lauato oleo. Et ſimul mox cum lauerit totum vngendum eſt corpus. Et nullo modo in aere tardandus eſt infirmus.

q Malo.
r Balneum.
s Malum.
t .ſ. qui ſunt frigidi ⁊ ſicci.
u .ſ. qui ſunt calidi ⁊ ſicci.

¶ De lacte dando ethicis. Caplm̃. LX.

**Lac omnibus** ethicis vtiliſſimū eſt ſuper omnia ⁊ maxime his qui maraſmodes[x] ſunt ꝓpterea ꝙ imbecillam habēt virtutē ⁊ neqꝫ cibum trahere poſſunt ad nutrimētuꝫ. Naꝫ hoc ſolū ante omnia alia anadoſim[y] facit ⁊ trahit̃ facile per totum corpus ⁊ multā habet vtilitateꝫ ad nutrimentum. Mulieris igit̃ lac ꝓcedit ad nutrimētū oēs lactes. Poſt hoc aūt eſt 2m aſine lac. Sed qm̃ difficilius in vſu habet̃ vt ſuggat̃[z] accepto vaſe mulgeas: ⁊ des eis in vaſe lactis medie libre quātitatē ⁊ amplius nutrire poteſt. Manifeſtum eſt aūt ꝙ ſollicitudinem oportet animalium habere vt lac bonum faciant. Sit enim in domo ordeū ⁊ manducent frōdes de myrtho ⁊ lētiſco ⁊ roboris[τ] folia in pabulo. Sic eniꝫ nō ſit iam corruptibile lac. De hoc etiam oportet ſollicitum eſſe ne educat̃ currens venter ethicis: ⁊ maxime ne ſyncopi nimia ⁊ diuturna euacuatione ventris incurrat maraſmodem[a] paſſionem. In febribus aūt quibus eſt vēter imbecillis citius preparat ſe venter in ſolutionem. Et ideo qbus hoc cōtingit ſemper coquere opꝫ lac cuꝫ lapidibus fluuialibus. Mittere ergo opꝫ colatum ad ignē. Et cū ignitis lapidibus coques lac vt ſeruꝫ exiens cōſumatur. Qui autē voluerit accipere ſic factum lac: cū ptiſana[b] coques ⁊ ſic dabis cū hydria[c] aut ſimila[d]. Hoc aūt illis edēdum eſt quibus vēter amplius ꝗ̄ dꝫ ſolutus eſt: aut ſi cholericos humores deponāt[e]. Procedēte aūt tempore ⁊ febre mitigata ⁊ virtutibꝯ fortioribus factis mollem ⁊ recentem caſeū mox coagulatū non abſqꝫ ratione dandum eſt. Quemadmodum eniꝫ accidere[f] vidimus virtutem ſic ⁊ nos quantitateꝫ maiorem optauimus nutrimenti.

x .i. in tertia ſpecie ethice.
y .i. redditionem cibi.
z Ab aſina ſcꝫ.
τ .i. quercus.



a .i. tertiā ſpecieꝫ ethice.
b .i. ordeo toſto.
c .i. tri ⁊ ſunt qñ fila facta de paſta azima.
d .i. tenui farina.
e .i. emināt egri.
f .i. augeri.

¶ De vino. Caplm̃. LXI.

**His autem** qui habēt frigidā ⁊ ſiccam diſtēperantiam: ⁊ his qui ex acredine[g] guſturas[h] vocantur neceſſe eſt dare vinum etenim ad humectandū ⁊ calefaciendum in talibus paſſionibus ſemper dandū eſt: ſed mediocriter eſt eis miniſtrādū. Qui aūt adhuc cū febre maraſmodi ſunt: ⁊ maxime qui horroſes[i] habent aut rigorē fugere[k] opꝫ.

g .i. nimia ꝯſumptione.
h .i. ſenes.
i .i. horripilationes.
k Vinum.

¶ Ad eos qui in maraſmodem de ſyncopo tranſeunt. Caplm̃. LXII.

**Qui autem** de ſyncopo maraſmodi fiunt qñ qdē ex trāſmutatione virtutis aliquē ſepius ſequit̃ frigor offerri opꝫ vinū. Sed qm̃ ꝯtra naturā eſt eis calor febris: qr frigor eis ſimul ſeqtur ⁊ pauſat quidē frigor ⁊ interduꝫ febris ſuperuenit ſimpliciter. Alter alterū ꝑdet in hoc laborante periculo que ſub rigore eſt. Quando aūt ſub febre neceſſe eſt tunc iterum attendere ad arguentē cauſam: ⁊ quoniaꝫ quidem competenti tempore dandum eſt vinum.

¶ De teſticulis galloꝝ ꝗ paraſcate dr̃. Cap. LXIII.

**Teſticulos vo** galloꝝ dari ſemper ethicis oportet: hi enim frequēter ſi dant̃ nutriūt ⁊ augmentāt virtutē: ⁊ bonam digeſtioneꝫ faciunt. vnde opꝫ ⁊ his feſtināter ſemper dare talē cibum ne virtus in extremis cadat. Quale eniꝫ iuuamen eſſe poteſt ſi nō digerit̃ cibus ⁊ efficit̃ nutrimentū adhuc potēte virtute: nō eniꝫ cibus ſimpl̃r virtutem augmētat: ſꝫ natura[l] ſiquideꝫ oēs cibos digeret ⁊ tranſmutatos in ſuccos addet corpori.

l Augmentat virtutem.

¶ De pomis. Caplm̃. LXIIII.

**Poma autem** qr humectant pro hoc ethicis ſūt acceptabilis cibus: non ſolum aūt humectare ſolēt ſed ⁊ modice infrigidant. Omnino aūt de hoc iteruꝫ dicendū eſt: qr nō omnibus poma ethicis expediunt: ſed illis expediūt qui habent calidā ⁊ ſiccam diſtemperātiam ⁊ omnibus maraſmode laborantibus ⁊ horrores patiētibus. his ergo omnibꝯ frigida ⁊ humida dāda ſunt: ⁊ maxime de melonis iteriore ⁊ cucumeris ⁊ mela[m] ⁊ duracina[n]. Inutilia aūt ſunt ceraſa his qui egrotāt de frigida ⁊ ſicca diſtēperantia ⁊ qui in egritudinē ſenectutis inducūt inutilia ſunt. Alys aūt eos opꝫ vti pomis que non ſatis infrigidāt ſꝫ magis calefaciūt ⁊ humectāt mediocriter: qualia ſunt vue valde mature ⁊ dulces maxime que pepēderunt ⁊ ꝙplurime ſunt dulces: ⁊ ficus matura: nimis[o] enim matura ficus nullo modo ledit. Si igit̃ vēter ꝓhibeat dare eo ꝙ amplius ſolutus ſit ꝗ̄ cōuenit feſtināter ꝓhibēdū eſt hoc dare. Sed dare cibos mediocriter ſtipticos opꝫ: qualia ſunt mala granata ſtiptica aut pyra: aut mela eiuſdeꝫ qualitatis maxime ante alios cibos. hec enim poſt cibos comeſta ventrē ſolubilem reddūt educentes. his vo qui ſyncopum patiūtur ⁊ omnibus ethicis que ſunt apta ſtōcho concedenda ſunt magis in cibis. Si autem ſitim patiantur ⁊ nō nimia febris eſſe videatur que infrigidant ⁊ humectant poma eis in tempore competēti danda ſunt. Sic eniꝫ ſemper eſt agendum vt nunꝗ̄ aliqua ex eis leſio fiat ideſt ex pomis.

m Fructus ſunt arboris magne maiores pipere ſuaues guſtu.
n Pruna. ſ.
o .i. valde.

¶ De maraſmode febre ꝑfectius exñte. Cap. LXV.

**Perfectius** exiſtēs maraſmon ꝑdictio quedam eſt oīno inſtercis[p] humectationis[q] cauſa: ideo inſanabiles merito iudicant̃: ꝓpter hoc quidam medicoꝝ non cognoſcētes cauſaꝫ niſi ſunt ſibi curare poſſe exiſtentes maraſmos. Extenuatā igit̃ perditam carnē poſſibile eſt renouare ſicut antea fuit: ſed que ſterea[r] dicuntur nutrire ⁊ contractas ⁊ deperditas carnes. impoſſibile eſt vt antea fuerunt reuocare. Iſte[s] igitur vtiqꝫ poteſt ⁊ ſenes ad iuuentutem formare[t]. etenim ſenex vt maraſmo eſt ſm̄ naturam: ⁊ quemadmodum ſenex non poteſt ſanari[u] ſic nullus maroſmos: ſed interduꝫ natura felix eſt ꝙ bene ferens inchoantem maraſmon.

p .i. ſolidis membris.
q Reſolute. ſ. ⁊ deficientis.
r .i. ſolida ⁊ radicalia.
s .ſ. qs pōt radicalia mēbra reſoluta reparare.
t .i. reuocare.
u Ut fiat iuuenis. ſ.

¶ Lyxoperita epithimata ⁊ embroce ⁊ emplaſtra febrientibus martyrij medici. Cap. LXVI.

**Lyroperiton**[x] epithima martyrij medici ad febres. ℞. hec cere. ℥. vj. olei roſei. ℥. viij. vitella ouoꝝ cocta nūo. viij. croci. ℥. v. conficies ⁊ vteris. ¶ Itē epithima ad febrē ⁊ ad ſtomachuꝫ croci. ℥. j. cere lib. j. olei roſ. ℥. vj. roſe ſicce manum plenā oua. iiij. in albumine ouoꝝ infunde roſas ⁊ cerotū ⁊ aq̄ tepida vteris: ⁊ addis ſup albumen ouoꝝ ⁊ teris: ⁊ cū tritus[y] fuerit tolle de mortario: ⁊ ſic addis alias ſpēs ⁊ teris ⁊ vteris. ¶ Itē aliud ad nimiam febrē cucurbite recētis raſurā ⁊ oui vitellū coctū teris cū oleo roſ. ⁊ cū lintheo vteris. ¶ Emplaſtrū Galeni vel cerotū quo vſus eſt ad humectādas febres diuerſas. cere. ℥. j. olei roſ. ℥. iij. remittes[z] ſimul cum cera olei. ℥. j. ⁊ cum ſe infrigidare ceperit mittes in mortario ⁊ teres ⁊ cum triueris addes paulatim aquam frigidaꝫ ⁊ oleū reliquum ſimul tantum quantū cerotum recipere poterit ⁊ ſic vteris. ¶ Item aliud cerotum dactylorum paticorum[τ] pinguium ſine nucleis eorum coquantur carnes cum aceto aut puſta[ꝯ] ⁊ cum diſcocte ſunt teris ⁊ vteris. Qd̄ ſi ſiccius tibi eſſe videtur melius eſt ſi admiſcetur ſupra ſcripto[ꝝ] ceroto ſicut ſupra vteris. Faciunt aūt hec duo cerota nō ſolū febriētibus: ſed hēriſipilam ⁊ vētris inflationes[aa] anteꝗ̄ ſaniē faciāt. ¶ Itē embroca ex alica[bb] aut oxylapatos[cc] benefacit: ⁊ ſuccus ſi de polenta. i. alphita[dd] tenui modicum ei miſces infuſo duplicato pāno molli. Frigidū aūt ſuppone loco ꝗ ıfrigidari opꝯ hꝫ. Sed ⁊ andragnos. i. portulace ⁊ ſempuiue ſuccū ⁊ vue acerbe ſil̃ cū alphita miſcebis ⁊ vteris. Adhuc lētes que in ſtagnis ſup aq̄s naſcunt̃. Et tribulus viridis ⁊ poligonie ⁊ lactuce ⁊ intibe[ee] ſuccꝯ. Optimus etiā ad hec talia eſt roſe ſuccꝯ cū alphita[ff]. Bonus eſt aūt ⁊ vue[gg] canine ſuccus: mediocriter eniꝫ ſtipticus eſt. ¶ Iteꝫ epithima ad maraſmodes febres

x .i. feruores apti linire.
y Crocus. ſ.
z .i. liquefacies.
τ Paticos dactylos vocāt greci humidos pingueſqꝫ ⁊ tribiles Gal. x. de ingenio ſañ. Ian.
ꝯ .i. aceto aque mixto.
ꝝ .i. qd̄ fit ō oleo roſeo cera.
aa .i. apara calida
bb Alica ē genꝯ frumēti: qdam ſpeltam putant.
cc .i. acetoſa herba.
dd .i. farina ordei.
ee .i. endiuie. Ia.
ff .i. farina ordei.
gg .i. ſolatri.

**Liber Tertius**

⁊ ad diuturnas imbecillitates ⁊ defectas virtutes. ℞. abſinthij mellilotí aſſari ſquinanti ciperi croci.añ.℥.ij. maſticis bdelij ſmirnis[a] aloes armo[ci] terebẽtine.añ.℥.iiij.dactyli iulliogari[b] numero.xiiij.vel lib.ſ.olei nardi ni lib.j.olei melini[c].℥.vj.vini qđ ſufficit.⸿ Jtez epithima ad eos quibus in ꝓfundo ſunt febres vt infrigidētur dactyloꝝ paticoꝝ[d] abſqz eozum nucleis.℥.iiij.⁊.ſ. maſticis.℥.ij.croci.℥.j.olei roſ.℥.iiij.cuz vino[e] roſeo teres ⁊ vteris.⸿ Jtem epithima iuleos ad febres cõe armoniaci lib.j.cere lib.j.croci.℥.j.olei roſ.℥.viij.aceti qđ ſufficit ⁊ de oleo[f] lib.j.⸿ Jtem iuleum febrientib[9] magnum armoniaci lib.j.dactyloꝝ paticorum[g] pinguiuz ſine nucleis lib.j.croci.℥.j.olei roſ. qđ ſufficit. Deraſis enim dactylis coques eos cuz aceto acro ⁊ facies ſicut emplaſtrum.Et ſic facies cum armoniaco ⁊ croco ⁊ cũ ſiccũ fuerit factum ſic iterũ remiſſam ceram cum oleo roſ.mittes ſupra ⁊ vteris. ⸿ Jtez aliud iuleum ad febres croci.℥.j.armoniaci lib.j.lythargirij lib.j.cere lib.j.olei roſ.lib.j.aceti qđ ſufficit.⸿ Jtez lixoperitũ[h] oribaſij cere.℥.vj.ſepi taurini recentis.℥.iiij.olei roſ.℥.xij. lini ſeminis ſucci quod ſufficit que remittenda ſunt remittes ⁊ tepefactũ agita cum manu ⁊ ſupramittes paulatim ſuccuz lini ſeminis.Facies aũt ſuccum ⁊ ſic laua diligenter lini ſemen ⁊ mitte aque.ſſ[i].iij.lini ſeis eminam vnam coque ad tertiam ⁊ cola.Conficies[k] ⁊ vteris.Facit aũt ad cauſon febrem ⁊ ad eos qui ſitim nimiam patiuntur ⁊ ad inflãmationem epatis ⁊ ſplenis ⁊ ſtomachi.⸿ Jtem lixoperitum[l] ad febres lythargirij.℥.iij.croci.℥.ij.olei roſei lib.j.cere albe.℥.iiij.mellis ℥.iij.ſeminis lini ſucci.℥.iij.conficies ⁊ vteris.⸿ Jtem emplaſtrum diapipereos lythargirij.ʒ.c.pſimitij[m].ʒ.c.cere albe.ʒ.c.ſciſſis[n].ʒ.vj.piperis.ʒ.iiij.olei veteris cere.añ.ſſ[o].j.⁊ cũ factum fuerit ſiccum iteruz remiſſa[p] cera cum oleo roſ.cõficies ⁊ vteris.⸿ Bucella catartici.℞.hec cozíãdri.℈.ij.apij ſeminis.℈.ij.diagredij.℥.j.farine tritici eminam[q] vnam conſpergis[r] cum aqua coquitur in furno ⁊ da ad penſum[s].℥.ij.infuſum in vino albo.Antidotum diamaratiuum magnum nimis eſt potens ⁊ omnes ſuperfluitates deponit de capite maxime humorem melancholicum purgat totuz corp[9] ſine aliquo periculo. Cuius ſpecies he ſunt diagredij.℥.j.ſſ.℥.ſ.petroſelini.℥.iiij.maratri.ʒ.vj.piperis ℥.iiij.epithimi.℥.iiij.ellebori nigri.ʒ.ij.mellis diſpumati qđ ſufficit dabis.℥.ſ.Epithima ad febres:⁊ ad vomitum ſtringendum.℞.ſmirnis[t] maſticem thus ⁊ cyminum reſinam frixam lauri baccas equis ponderibus cum oleo roſ.vngito ⁊ vteris.

a .i.myrre.
b A loco vbi pato
c .i.de cydonijs.
d .i.humidorum pinguium ac tribilium.Jañ.
e A ſo oleo.
f .ſ.cõmuni.
g .i.humidorum pinguium ac tribilium.Jañ.
h .i.feruores apium linire co qz infrigidat.Ja.
i Eſt figura ſextarij:⁊ eſt ſextarius põdus lib.ij.⁊.ſ.
k Lixoperitum predictum.
l .i.feruores apũ linire.

m .i.ceruſe plũbi
n Sciſſis.i.aluminis ſciſſi ſeu de pluma.
o Eſt figura ſextarij:⁊ eſt ſextariuz lib.ij.⁊.ſ.
p .i.liquefacta.
q Eſt medicina ſextarij.
r .ſ.faciendo paſtam.
s .i.pondus.
t .i.myrre.

**FINIS.**

⸿ Practica Alexandri Yatros greci cum expoſitione gloſe interliniaris Magiſtri Jacobi de partib[9]:necnõ Januenſis in margine additis finit.Venetijs cũ omni diligentia impreſſa Heredum nobilis viri.q.domini Octauiani Scoti ciuis Modoetienſis:ac ſociorum. Anno a natiuitate dñi.1522.Die.16.mẽſis Januarij.

**Regiſtrum.**

✠ a b c d e f g

✠ duernus.f g Terni.
Alij Quaterni.